14 Exceptio que competit venditoꝛi, competit etiam emptoꝛi,
ſiue pꝛocedat ex beneficio conceſſo in rem, ſiue a beneficio per-
ſonali.
15 Uenditoꝛ ſicut tenetur emptoꝛi re euicta, ſic fideiuſſoꝛi tenetur
reus pꝛincipalis facta condemnatione.
16 Lis, ſeu queſtio tribus modis dicitur fieri alicui per aliquem.
17 Licet ex perſona actoꝛis non poſſit opponi exceptio mere decli
natoꝛia foꝛi, que merita cauſe pꝛincipalis non tangit, tñ quan-
do ſimul cum mutatione foꝛi mutatur natura ipſius cauſe, tunc
dicta mutatio poteſt fieri ex perſona actoꝛis.
18 Priuilegium, quod quis habet, debet poꝛrigi ad eũ, qui ſtatim
eſt habiturus regreſſum contra habentem priuilegium.
19 Uerti inter aliquos quibus modis dicatur lis.

a PIſane [a] Ciuitatis conſilium decreuit, quod in
omnibus litibus, vel queſtionibus ver-
tẽtibus inter coniũctos in tertio gradu, teneat̃ iudex
ad petitionem vnius partis hoc petẽtis cogere alteram partẽ
de pꝛedictis compꝛomittere in eoꝛũ arbitratoꝛes, ⁊ amicos cõ-
munes, qui poſſint de plano, de bono ⁊ equo omnibus dilatio-
nibus ⁊ cauſandi oꝛdinibus pꝛetermiſſis cognoſcere ⁊, arbitra-
ri, ⁊ diffinire, ⁊ qđ per eos fuerit diffinitũ obſeruet̃, ⁊ nullum di-
ci non poſſit, nec poſſit peti reduci ad arbitriũ boni viri: poſt
que accidit qđ titius vẽdidit, ⁊ tradidit fundũ cuidam extraneo,
a quo emptoꝛe germanus dicti Titij vẽdicabat dictũ fundum,
Titius pꝛedictus ab emptoꝛe requiſitus defenſioni ſe obtulit,
⁊ iudiciũ in ſe ſuſcepit. nũc dictus Titius petit cogi germanũ
ſuum ad compꝛomittendũ ſm foꝛmam dicti conſilij, querit̃ an
cogi debet, vel non. Et qđ cogi non debeat ad compꝛomitten-
1 dũ, pꝛobant rationes infraſcripte. † Pꝛimo hoc pꝛobat natura
actionis pꝛopoſite, qꝛ in rẽ actio. Et cum hec ſit actio in rẽ ad-
uerſus poſſidentem datur, ⁊ ex perſona actoꝛis ipſius poſſiden
tis foꝛũ non declinat̃. Pꝛimum, ꝙ detur contra poſſidentẽ, pꝛo-
bant iura vulgaria. C. de alie. iudi. mu. cã facta. l. j. ⁊ vbi in rẽ ac.
l. j. in fi. ⁊ ff. de rei vendic. l. officium. cum ſi. Secundum, ſcꝫ qđ ex
perſona actoꝛis non mutetur foꝛum, pꝛobatur ff. de iudi. l. vẽdi-
toꝛ. C. vbi in rem act. l. j. ſed in caſu noſtro emptoꝛ conuenit̃ tan
quam poſſeſſoꝛ, ⁊ ex ſua perſona nõ poteſt declinare iuriſdictio
nem pꝛimi iudicis, ⁊ petere cõpꝛomitti, qꝛ extraneus, ergo nec
ex perſona actoꝛis videtur poſſe foꝛũ mutari de iudice in arbi
tratoꝛes, ⁊ ſic non debet cogi ad compꝛomittẽdũ. Si ergo aſpi
cias in dictis duabus legibus vltimo allegatis, videt̃ caſus no-
ſtre queſtionis. Secundo hoc pꝛobat in pꝛopoſita actione cau
ſe pꝛoxime non facta expꝛeſſio. anteꝙ̃ tamen iſtud arg. fundem,
pꝛemitto, quod ratio potiſſima quare iſte defenſoꝛ dicit debere
compꝛomitti, eſt quaſi cauſe natura ſua, cũ ad eũ pertineat cõ-
modum, ⁊ incommodum cum de euictione teneatur, vt infra di
2 cam arguendo pꝛo alia parte. Hoc pꝛemiſſo, ſic arguo. † Quicū
que aliquid ponit, ſiue agendo, ſiue excipiendo debet illud pba
re, alias ab eo quod petebat excluditur, vt C. de pꝛobatio. l. pꝛi
ma. ff. eodem. l. qui dicit. ⁊ l. ab ea parte. ⁊ l. in exceptionibus. in
pꝛinci. ff. de exceptio. l. pꝛima cum ſimi. ſed iſte Titius qui petit
cogi ad compꝛomittendum, ideo petit quaſi inter eos vertatur
cauſa, ſeu lis: cum ad ipſum pertineat commodum, ⁊ incommo-
dum, vt pꝛedixi, hoc autem ex themate noſtro non pꝛobatur, vt
oſtendam: ergo ⁊c. ⁊ qđ non pꝛobatur, oſtendo. Certũ eſt, quod
ſi res euinceretur ex cauſa, que cauſaretur a facto ipſius empto
ris quod venditoꝛ de euictione non tenetur, vt ff. de euictio. l. ſi
rem, quam. ⁊ l. ſi mancipium. in pꝛincip. ⁊ l. ſi ſeruum eius. ⁊ l. ſi.
Item certum eſt quod rei vendicationem licitũ eſt pꝛoponere
non expꝛimendo cauſam pꝛoximam, quare dicit ad eum domi
nium pertinere, vt ff. de exceptio. rei iudic. l. ⁊ an eadem. §. actio
nes. ⁊ l. ſi mater. §. pꝛimo, ⁊ not. ff. de eden. l. pꝛima in pꝛincip. ſed
ſic fuit in queſtione noſtra, qꝛ vendicauit cauſa non expꝛeſſa, ⁊
ſic non apparet vtrũ dicat dominium ſuum ex cauſa, que cauſat̃
a facto emptoꝛis, vel non, ⁊ ſic an ad venditoꝛem ſpectet pericu
lum, vel non, ergo eius intentio non eſt pꝛobata, ⁊ ſic ab eo,
3 qđ petit, excluditur. ℭ † Tertio hoc pꝛobat defenſionis inui-
ta facta receptio, hoc ſic oſtẽdo. Ex eo actu quem quis facit in-
uitus facienti pꝛeiudiciũ non paratur. ff. de his qbus, vt indig.
l. poſt legatũ. §. aduocatus. eo. tit. l. tutoꝛem. C. de admini. tuto. l.
cum quidam. ff. de condi. furt. l. ⁊ ideo. ſecundo reſponſo. famil.
erciſ. l. ſi pignoꝛi. circa fin. facit. ff. de legat. ij. l. peto. §. pꝛedium.
ſed iſte actoꝛ recipit hunc Titium fratrem ſuum in defenſoꝛem
illius cauſe inuitus, ⁊ coactus. nam iure cogitur eum recipere,
vt ff. de peti. here. l. ſed ⁊ ſi lege. §. item ſi rem. de noxa. l. de illo. in
fine, fami. erciſ. l. plane. cũ ibi no. ſaltem ſi eſt eque legalis, ſicut
pꝛincipalis, vt no. per Dy. ff. de ſol. l. ſolutionem. facit ꝙ no. per
glo. de nego. geſ. l. liberto. in fin. ſic ergo ipſi pꝛeiudicare non de
bet: pꝛeiudicaret autẽ, ſi cogeretur compꝛomittere, tamen ſi liti
gaſſet cum poſſeſſoꝛe non compꝛomitteret, ſed apud iudicem oꝛ
4 dinariũ litigaret. † ℭ Quarto hoc pꝛobatur per ſuſceptionem
iudicij actionis facta mutatio, hoc fit, quando aliquis alterius
iudicium in ſe ſuſcipit, tunc ſuſcipiens tenetur actione vtili, qꝛ
ille tenebatur directa, vt ff. de noua. l. delegare. ⁊ ibi not. de ſol. l.
ſolutionem. ⁊ ibi no. per Dy. Item certum eſt, qđ actiones non
dicunt̃ eſſe ex verbis, ſed ex mente, vel interpꝛetatione, vt C. de
nego. ge. l. curatoꝛis. ⁊ de leg. ij. l. legatoꝛum. ff. ſi qua. pau. fe. dic.
l. pen. ⁊ de neg. ge. l. actio. ⁊ ibi no. per Dyn. in lect. ſuper arbo
re actionum, licet Cy. aliter dicat. C. de actio. ⁊ oblig. l. j. ⁊ quod
actio vtilis dicatur ex interpꝛetatione habet glo. not. ff. de ver
bo. obligatio. l. quodcunqꝫ. §. fina. in verb. competit. Ex his ſic
arguo, verba ſtatuti debent intelligi ſecundum pꝛopꝛiam ſigni
ficationem veboꝛũ, non ſecundum interpꝛetatiuam, ſeu menta
lem, vt ff. de verb. obli. l. quicquid. de exerc. l. j. §. ſi is qui nauem.
ad municip. l. conſtitutione. de milit. teſta. l. quod conſtitutum.
ſol. matrim. l. ſi vero. §. de viro. qui ⁊ a quibus. l. pꝛoſperit. cum
ſimi. Sed iſte, qui ſuſcipit iudicium pꝛopꝛie teneri nõ dicit̃ nec
pꝛopꝛie cum eo eſſet iudiciũ, ſed interpꝛetatiue. Nam litis no
men ad actionẽ refertur, vt ff. de verbo. ſignifi. l. litis nomẽ. ergo
non cõtinet̃ verbis ſtatuti, qđ debeat compꝛomitti. ℭ Quinto
5 pꝛobatur. Per hunc venditoꝛem extraneum ſuſcepta defenſio,
hoc ſic, qui alterius defenſionem ſuſcipit, vicem rei, quam defen
dit ſuſcipit, etiam quantum ad tribunal, qꝛ in eo tribunali de-
bet defendere, vt ff. de pꝛocu. l. ſed ⁊ he. §. non ſolum. ⁊ §. defen-
dere. j. ⁊ eodem modo pꝛocedetur, vt l. qui bona. §. fi. de dam. in
fec. ⁊ eodem modo condemnat̃. l. minoꝛ. §. j. de pꝛocu. pꝛo ſocio.
l. verũ. §. videndũ. ſol. ma. l. alia. in pꝛinci. de re iudi. l. ſi cum pꝛo-
curatoꝛe. ergo in caſu pꝛopoſito cauſa non debet cõpꝛomitti,
qꝛ non ageret̃ coꝛam eodem tribunali, nec pꝛocederetur eodem
modo. Nam coꝛam arbitris pꝛoceditur de plano, vt patet ex foꝛ
ma conſilij ſupꝛa dicti, nec fieret eodem modo condẽnatio. Nam
ſermo iudicis oꝛdinarij ſubiacet retractationi per remediũ ap-
pellationis, ſed hec que datur ab arbitris nullo modo poteſt re
tractari

tractari,vt patet ex verbis conſilij ſupra dicti. ¶ Sexto proba
6 tur, Per defenſionem † deterioris actionis nō eſt facienda con-
ditio.hoc ſic,lex dicit,quod per defenſionem in nullo fieri dete-
rior debeat conditio aduerſarij. Nota verbum in nullo,qđ eſt ſi
gnum vniuerſale,l.ij.§.defendi.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.facit d.l.
ſed ⁊ he.§.defendere.⁊ l.minor.§.j.ſ̄.alle. Sed cum oratio ſumi-
tur ex vniuerſo,inde non debet eſſe aliquid falſum,vt l. ſi is qui
ducenta.§.vtrū.de reb.dub.C.de preſcrip.xxx.vel xl.ann.l.om-
nes.⁊ ff.de oper.no.nun.l.j.§.item nuntiatio.⁊ quod ibi no.per
Jaco.de Are.ſed ſi nos diceremus quod ex perſona defenſoris
iſte cogeretur ad compromittendum,ergo regula d.§.eēt in ali
quo falſificata,quia in aliquo eius cōditio fieret deterior,quod
eſſe non debet,⁊ ſic non cogeretur ad compromittendum.† Se-
7 ptimo hoc probat ſucceſſoris ſui priuilegij vſus,non facta con-
ceſſio:hoc ſic, quādocunque alicui ratione ſue proprie perſone
priuilegium conceditur,ſi ſuccedit nō priuilegiatus,eo priuile-
gio non vtetur. Hoc probatur ff.ex quibus cau.in poſſ. eatur.
l.apud Julianum.§.j.de minoribus.l.j.C.ſi aduerſ.ven.pig.l.ij.
cum ſimi.not.in d.l.apud Julianum.§.j.ſed cum huic fratri,qui
alteri extraneo ſucceſſit,in hoc iudicium detur hoc priuilegiuʒ
ratione ſue perſone ei non prodeſt,qꝛ frater iſto priuilegio nūc
non vtetur,⁊ pro hoc videtur caſus.ff.de iud.l.heres.abſens in
8 princip.ibi,nulloqʒ ſuo proprio priuilegio. † Octauo hoc pro-
batur,ſtatutorum ſecundū ius commune faciēda eſt reſtrictio,
⁊ hoc ſic,verba ſtatutorum generaliter vel indefinite prolata re
ſtringuntur,⁊ limitātur ſecundum ius commune,vt C.de noxa.
l.ij.ff.de mu.⁊ hon.l.vt gradatim.§.⁊ ſi lege.facit C.de ſacroſan.
eccle.l.j.⁊ quod ibi not.⁊ ff.de eo,quod cert.lo.l.j.⁊ quod ibi no.
extra de reg.iur.c.generali.⁊ quod ibi not.per Dy. Sed de iure
cōmun. hoc eſt ꝙ quādo in caſu vertente inter aliquos aliquid
ſtatuitur,intelligitur ſi ſuo nomine agat,vel cōueniat͂,hoc pro-
batur ff.de in ius voc.l.queſitum.probatur optime ff.de iudi. l.
lis nulla.cum glo.ibi,niſi hoc faciat alieno nomine,⁊c. Facit.ff.
de his qui not.infam.l.furti.§.qui alieno.eo.ti.l.ſeruū. Hinc eſt,
quod iſte conuenitur alieno nomine,id eſt,pro poſſeſſione apud
aliū conſtituta,quem Spec.dicit teneri cauere de iudicato ſol-
uendo,tāquam alieno nomine conuentus,vt not.Specul.de ſa-
tiſ.§.expedito.verſic.ſed nunquid venditor. Cum ergo cōſilium
noſtrū dicat quod de cauſis vertentibus inter coniunctos com
promittatur,intelligo,ſi vertuntur eorum proprio nomine, ſed
9 hic vertitur nomine alieno,ergo nō debet compromitti.† No-
no probatur,In ſtatutis vltra propriam ſignificationeʒ nō eſt
faciēda extenſio.hoc ſic,verba ſtatuti non debent extendi vltra
propriā ſignificationem,l.non aliter.de leg.iij.l.ſi vero.§.de vi-
ro.ſolut.matrimo.de exercit.l.j.§.ſi is qui nauem.cum ſimil.no.
ſ̄.in quarta ratione. Sed verba cōſilij dicunt de queſtio. verten
tibus inter coniunctos,ſed illud dicitur fieri inter aliquos pro
prie,quod agentes pro ſe,⁊ ſuo nomine faciūt,nō pro alio. Hoc
probat.l.inter ſtipulātem.in prin.ff.de verb.obli. Pro hoc opti
me facit gl.de iurament.calum.l.ij.§.quod obſeruari. que dicit,
quod ad hoc vt ſciamus inter quos ē lis,debet inſpici in cuius
perſonam,ſeu contra quem eſt formatus libellus,vt C.de iura.
calum.l.ij.§.quod obſeruari.in ſecunda glo.tangitur etiam per
gl.ff.de in ius voc.l.ſed ſi hac lege.§.ſi.in vltima.gl.videtur tex.
de his qui not.infa.l.ſeruus.ſic etiam videmus in rebus corpo-
ralibus,illud dicitur eſſe inter aliquas res qđ eas mediat abſqʒ
alio medio,vt ff.de ſeruit.ruſticorum prediorum.l.fi.⁊ l.qui bo-
na.§.cum inter.de dā.infe. Sed in caſu noſtro dicta lex,ſeu que
ſtio non pōt dici inter dictos fratres aliquo modo. Primo,qꝛ
pro alio interuenit in iudicio. Item nō in perſona ſui,ſed in per
ſona extranei eſt conceptus libellus. Item non pertinet ad eun
10 dem immedietate,ſed per medium extraneum,ergo verba conſi
lij in eum non cadunt,⁊ ſic nō debet compromitti.† Decimo ꝓ-
batur ex verbis ſtatuti,abſurditatis facta excluſio.hoc ſic, ſem
per a verbis legis,ſeu ſtatuti abſurdum intelligitur eſſe exclu-
ſum,⁊ ratione abſurditatis euitāde ſtatuta recipiunt interpre-
tationem,vt l.queſitum.ff.de teſtib.de off.aſſeſ.l.liberti.de excu.
tut.l.ſcire etiam oportet.§.aliud.ver.ſed ⁊ ſi maxime. de reg.iu.
l.aliud.§.abſurdum.C.de epiſ.⁊ cle.l.repetita.⁊ de teſta.l.cōſul-
ta diualia. Sed ſi hoc eſſet,quod ex perſona defenſoris fieret cō
promiſſum,iam ſequeretur qđ in ptāte fratris,vel alterius con
iuncti eſſet ſemper ire,⁊ ſuſcipere iudicium in ſe,l.ſolutioneʒ. de
ſol.⁊ l.ſoluendo.de neg.geſ.⁊ facere omnem queſtionem cōpro-
mitti,qđ eſt abſurdum,⁊ ſic nō cōcedendum, ⁊ ſic hoc caſu non
debet compromitti,vel ad compromittendum cogi.

**Exaduerſo** Quod cogi debeat ad compromitten-
dum probatur iuribus infraſcriptis.
1 Primo† probat huic defenſori facta denunciatio. hoc ſic. Nos
ponimus in themate noſtro quod huic venditori,eidemque de
fenſori fuit denunciatum,vt cauſe agende,vel defendende adeſ-
ſet,vel ſi non fuiſſet factum,de iure fieri debuiſſet,vt ff.de euic.l.
ſi rem quā.§.ſi.⁊ l.fundo.§.fin.⁊ C.eod.l.emptor.cum ſimi. Item
inter ipſum qui agit,⁊ eum cui eſt facienda dicta denūciatio di
citur eſſe lis,⁊ queſtio.hoc oſtendo quādo lis ſeu queſtio debet
eſſe inter pupillum ⁊ tutorem,tunc datur curator ad litē, vt in-
ſtitu.de authorita.tut.§.fina.ff.de tutel.l.qui habent.§.ſi pupil
lus.C.de in litem dā.tut.per totū. Pone ergo quod tutor vult
agere cōtra quendam,qui eſt denūciatus pupillo. Certe lex di-
cit quod eſt dādus curator in litem.C.de in lit.dā.tut.l.an tibi.
per quod bene apparet qđ dicta queſtio dicitur eſſe inter tuto-
rem,⁊ pupillum. Ad propoſitum igitur,cū dictus frater defen
ſor fuerit denunciatus,⁊ denūciari debuerit,⁊ propter hoc qđ
defenſionem ſuſcepit,lis dicatur eſſe inter hunc denunciatum,
eundemque defenſorem,⁊ fratrem eius agētem,⁊ ſic cogi debet
ad compromittendum,per dictam.l.an tibi.vbi videtur caſus.
12 †Secundo probatur priuilegij fauore coniunctorum facta cō-
ceſſio.hoc ſic,quādo aliquibus in ipſorū fauorem in aliqua cau
ſa datur aliquod priuilegium,illud videtur eſſe conceſſum, ſiue
ſuo,ſiue defenſorio nomine cōueniatur.hoc probat͂ ſiue loqua-
tur de priuilegio quod datur circa cauſe ordinationem,vt l. ſed
ſi hac lege.§.j.ff.de in ius vo.ſiue loquat͂ de priuilegio circa ſub
ſtantiam actiōis,vt l.licet.§.fin.ff.de obſe.a lib.preſt. que leges
bene tangunt queſtiōem noſtram. Cum ergo in caſu propoſito
iſtud beneficium de compromiſſo ſit cōceſſum coniunctis in eo-
rum fauorem intelligatur ſiue ſuo,ſiue defenſorio nomine cōue
niatur per dicta iura,ſaltem in caſu iſto,vbi defenſionē neceſſa
13 rio ſuſcepit,⁊ ſic cogatur ad cōpromittendum.† Tertio proba-
tur huius cauſe cōmodi,⁊ incommodi prouentio,ſic. Ille dici-
tur propriam cauſam,⁊ rem ſuam agere,vel defendere,ad quem
eius rei pertinet commodum,⁊ incommodum,vt C. de procur.
l.ſi qui ſtipendia.ff.e.l.procurator.quando app.ſit l.j.§. in pro-
pria.facit quod not.ff.de teſti.l.nullus.C.eod.l. omnibus.ſed ad
hunc fratrem defenſorem pertinet cōmodum, ⁊ incommodum,
quod patet,quia tenetur de euictione, etiam ſi non promiſerit,
vt ff.de euic.l.ſecunda.⁊ C.eodem.l.nō dubitatur.cum ſimil. Si
ergo dicimus ipſum fratrem ſuam propriam rem, ⁊ cauſaʒ age
re,⁊ ſic inter cōiunctos verti litem,⁊ per conſequens alium fra-
trem cogi ad compromittendum. Quarto probat de venditore
ac ſi poſſideret,⁊ ſic omnibus ſuis proprijs exceptionibus vti-
tur,caſus eſt ff.de peti.here.l.ſed ⁊ ſi lege.§.item ſi rem. in ſi.⁊ ꝑ
hoc etiā videtur tex.ff.rem ra.hab.l.procurator ad exhibendū.
§.ſi procurator. Ad propoſitum ergo,ſi iſte frater defenſor eēt
poſſeſſor,⁊ cōueniretur,⁊ peteret compromitti,non eſt dubium
quod audiretur, ergo in caſu propoſito,⁊ ſic alter frater cogat͂
14 ad cōpromittendum. ¶ † Quinto hoc probat. Ad ſingularem
ſucceſſorem extendenda eſt exceptio.hoc ſic, Exceptio que com-
petit venditori,cōpetit etiam emptori,ſiue procedat ex benefi-
cio cōceſſo in rem,vt ff.de iureiurand.l.ait pretor.§.ſi.l.ſeq.ij.re-
ſpō.ff.quarum rerum actio non datur.l.j.§.ſi petitor.ff.pro ſoc.
l.idemque.ff.cōmuni diuidun.l.in hoc iudicio.§.fina.not.plene
per Dyn.de reg.iur.c.ſi quis in ius.lib.vj.de dam.infec.l. flumi
num.§.adijcitur.ſiue procedat in beneficio perſonali,vt l.ſi tibi
§.pacta cōuenta.ff.de pac.vbi exceptio procedens ex pacto per
ſonali facto venditori cōpetit emptori,ſaltem viuo venditore.
Sic ergo in caſu propoſito,ſiue dicas hoc ius petendi qđ com-
promittatur eſſe perſonale,ſiue reale cōpetit emptori, maxime
venditore viuo,⁊ ſic iſte defenſor vtetur iſta exceptiōe tanquam
competente ipſi defenſori, merito ergo cogetur alter frater ad
15 compromittendum.† Sexto probat venditoris rei principalis
equiparatio,hoc ſic: Ego equiparo reum principale quo ad de
fenſionem fideiuſſoris,⁊ venditorem quo ad defenſionē empto-
ris. Nam ſicut vēditor tenetur emptori re euicta,hoc eſt cōdem
natione ſecuta,vt ff.de euic.l.euicta.in prin.⁊ §.j.de rei vēd.l.vti
que.de neg.geſ.l.at qui natura.§.cum me.ſic fideiuſſori tenetur
reus principalis facta condemnatione de fideiuſſore, vt ff.man-
da.l.Lucius.C.eod.l.ſi pro ea.ff.de fideiuſ.l.fideiuſſor pro vendi
tore. Item ſic,iniuria facta emptori,nō nocet venditori,l. ſi per
imprudentiam.ff.de euict.⁊ ſic iniuria facta fideiuſſori nō nocet
reo principali,vt ff.de fideiuſ.l.exceptiōe. Sic eſt videre in exce-
ptionibus,que ſic tranſeunt de perſona rei principalis ad fide-
iuſſorem,vt ff.de exceptio.l.exceptiōes.§.rei autem. ⁊ l. omnes
de fideiuſſor.l.ex perſona.C.de nō numer.pecu.l.tam mandato-
ri,⁊ ibi per Cyn.pluribus alijs exemplis eſſet inuenire. Sed in
reo principali hoc inuenio,quod ſi ipſe defenſionem fideiuſſoris
ſuſcipiat ſiue ſuo nomine animo nouandi,ſiue procuratorio no
mine ſemper exceptiones, que ſibi reo competunt, licet tales
ſint,que ad fideiuſſorem nō porrigantur,ipſe reus ex ſua perſo
na poterit opponere.tex.eſt no.ff.mand.l.idemque.§. generali-
ter.⁊ not.in l.ſi fideiuſſor.§.quedam tamen.eodem tit. Sic ergo

dicam in caſu propoſito. Nam ſi venditor ſuſceperit defenſionē
emptoris animo nouandi ſiue ſimpliciter procuratorio nomine
petierit exceptionem ſiue priuilegium, ſeu beneficium ex forma
conſilij poſtulare ex ſua perſona, ⁊ ſic ille debebit cogi ad com-
promittendum. Pro hoc videtur text. cum gloſſ. C. de euictioni
bus. l. ſi parentes. vbi gl. parua in verb. ex perſona. ſentit, quod
vēditor ex perſona ſua poſſet implorare beneficium perſonale,
⁊ cauſa agitata cum emptore. dum ibi dicit gl. niſi eſſent mino-
16 res. † Septimo probat per reſiſtētiam vertens queſtio, hoc ſic,
Ego dixi ſupra in proxima ratione, ⁊ in quarta facta pro hac
parte, quod iſte defenſor pōt opponere exceptionem ſuo nomi-
ne, ex ſua perſona, per iura ibi alleg. Nunc arguo, Lis, ſeu que-
ſtio dicitur fieri per aliquē ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue de
fendēdo, vt ff. de procurator. l. non ſolum. §. ſi ſtatus controuer
ſiam. ff. rem rat. hab. l. quo enim. §. fina. ⁊ l. amplius. §. fina. eo. ti.
Sed ſi iſte defenſor opponeret aliquam exceptionem ex ſua per
ſona, quod poteſt, vt ſupra dixi, ipſe ſuo proprio nomine abſqꝫ
dubio diceretur litem inferre excipiēdo, ⁊ tunc proprie dicitur
litem inferre. not. C. de iur. ⁊ facti ignoran. l. prima, in prima gl.
⁊ ſic tanquam ſi lis inter eos verteretur debent cogi ad cōpro-
mittendum. Et aduertatis, quod iſta ratio non concludit, niſi
quando iſte defenſor oppoſuiſſet ſuo nomine aliquas exceptio-
nes, antequam peteret compromitti. Exceptiōes autem quas
poſſet opponere ſuo nomine, conſtat de illis que ad emptorem
defenſum nō tranſeunt. Sed quia iſte exceptiones raro accidūt
in iudicio, videamus nunquid exceptiones que ex perſona ven
ditoris tranſeunt in emptorem, vt ſunt regulariter omnes que
non coherent perſone, exempla patent in legibus allegatis ſu-
pra in quinta ratione pro hac parte. Sꝫ an venditor defendēs
poſſet defendere ex perſona ſua, non inſiſto. Gloſſ. videtur tene
re quod ſic in dicto §. generaliter. in gl. ſuper verbo, vbi potuit,
ibi dum dicit, ſubaudi, maxime, quod tene mēti. Videtis ergo,
quod iſta eſſet practica indubitabilis, quod primo exceptiōes,
quas poſſet ſuo nomine opponeret, tunc peteret compromitti.
17 quaſi nunc lis inter eos ꝓprio nomine vertatur. † Octauo pro-
bat iudicis, ⁊ nature cauſe iuncta mutatio, ſic, Licet ex perſona
actoris non poſſit opponi exceptio mere declinatoria fori, que
merita cauſe principalis non tangit, vt dixi ſupra in prima ra-
tione facta pro cōtraria parte, tamen ego reperio quod quan-
do ſimul cum mutatiōe fori mutatur natura ipſius cauſe, quod
dicta mutatio poteſt fieri ex perſona actoris: vt videtur caſus.
C. de iur. fiſci. l. prima. lib. decimo, quē ſic induco, Certum eſt qđ
fiſcus habet priuilegium ſui iudicis, quia cauſe fiſcales agitan
tur coram procuratore Ceſaris, vt C. vbi cauſe fiſca. per totum.
Item vos ſcitis, quod in iſtis cauſis fiſcus habet priuilegium,
ſaltem hoc qđ alius edit ei, ſed ipſe non contra ſe, vt ff. de eden.
l. tertia. ⁊ de iur. fiſ. l. in fraudem. §. neque. ⁊ §. ſequen. Modo po
ne, quod fiſcus vendidit fundum cuidam, extraneus vendicat
hunc fundum a priuato emptore, nunquid agitabitur cauſa co
ram preſide, qui eſt iudex inter priuatos, vel coram procurato
re Ceſaris, qui eſt iudex inter fiſcum, ⁊ priuatum. Et certe corā
ꝓcuratore Ceſaris, vt l. iij. C. de iure fiſci. ſecundum vnum intel-
lectum quem gl. ibi videtur tenere in gloſſ. magna. ibi, ſi autem
emptor, ⁊c. Fit ergo mutatio cum mutatur ſimul iudicium, ⁊
natura cauſe, ſic in propoſito iſtud compromittere in arbitros
videtur mutare forum, licet poſſet dici quod nō mutetur, vt in-
fra dicam in ſolutione cōtrariorum. Ite mutatur natura cauſe,
cum iudex ordinarius cognoſcat ſecundum rigorem iuris: ar-
bitratores autem cognoſcerent de plano, bono, ⁊ equo faciēdo
edi inſtrumenta hincinde prout eis videbitur, nec eorum ſen-
tētia ſubiacet retractationi, ergo ex perſona actoris debet fieri
iſtam mutatio. Sic ergo cogetur ad compromittēdum. Nec di
cat aliquis quod ibi eſt ſpeciale in fiſco, qꝛ licet quantum ad iu
dicem, ⁊ naturam cauſe fiſcus habeat aliquid ſpeciale, tamē in
hoc quod emptor ex perſona iudicis fiſci mutet iudicium, hoc
nō eſt ſpeciale, ſed ius commune: vt innuit d. gloſſ. ad ſpecialita-
tes fiſci, ſꝫ hanc non ponit. eſt ergo ius commune vbicunqꝫ eſt
eadem ratio, ſcilicet, quod cum iudicio mutatur natura cauſe.
18 † Nono probat ſuadēs iurium ratio, ſic, Ratio iurium hoc ſua
det, vt illud priuilegium quod quis habet, porrigatur ad eum
qui ſtatim eſt habiturus regreſſum cōtra habentē priuilegiū,
ne per mediam perſonam cōtra ſuum priuilegium inquietetur,
vt C. de vſu. rei iudic. l. tertia, in fin. ff. ſi ra fur. fe. di. l. quoties. §.
plane. de neg. geſt. l. ex duobus. de liber. lega. l. tertia. §. nunc de
effectu. Si ergo in propoſito priuilegium fratris porrigitur ad
emptorem. ita qđ frater emptorem defendens poſſet dicto pri-
uilegio vti, ⁊ ſic alter cogatur ad compromittendum. ¶ Deci-
mo probat verborum propria ſignificatio. hoc ſic. verba noſtri
cōſilij dicunt de litibus, ⁊ queſtionibus vertētibus inter con-
19 iunctos, ⁊ cetera. Modo videamus quibus modis dicatur lis
verti inter aliquos. Certe vno modo dicitur reſpectu inſtantie,
⁊ iſto reſpectu ſolum inter perſonas que ſunt in iudicio, dicere-
mus eſſe litem. Videmus enim quod procurator qui litem con-
teſtatur, dicitur eſſe dominus litis, id eſt, inſtantie. C. de procu.
l. nulla. vbi gl. exponit litis, id eſt, inſtantie, ⁊ eodem tit. l. a pro-
curatoribus. ⁊ l. neque. ⁊ ff. de doli except. l. ſi procurator. ⁊ ibi
gl. facit ſimilem expoſitionem, ⁊ adeo dicitur dominus litis, qđ
ſi velit transferre iudicium in ipſum dominum, oportet quod il
lud ius inſtantie cedat eidem, vt ff. de procu. l. in cauſe. §. ſi ex p
te actoris. in gl. ſuper verbo, transferri. licet alius modus tranſ
ferendi notetur in l. mutari. ⁊ precedit l. que omnia. eo. tit. Alio
modo dicitur reſpectu commodi, ⁊ incommodi, ſeu reſpectu a-
ctionis. ⁊ iſto reſpectu, in his quorum cauſa agitur, licet ipſi nō
ſint in iudicio, dicūtur tamē eſſe domini litis, ⁊ lis inter eos ver
ti, vt C. de ſen. ⁊ interlo. l. j. ⁊ de appel. l. dominus. ⁊ ff. de procu. l.
Paulus reſpondit. ⁊ hoc no. dicit gl. ff. de appel. l. ab executore.
§. fi. Sed certum eſt, quod duo proprie, ⁊ directe non poſſunt ſi-
mul eſſe domini, vt iura ſunt vulgaria. Oportet videre quis eo-
rum ſit litis dominus directe, ⁊ proprie: ⁊ quis improprie: Et
certe dico, qđ proprie dicitur ille dominus, ad quem ſpectat cō
modum, ⁊ incommodum, ⁊ is pro quo lis fit, ⁊ inter eos proprie
dicitur verti lis. Ad hoc induco primo vnam gloſſellam, que vi
detur facere hanc exceptiōem inter eos, id eſt, pro eis. ff. finium
regun. l. iiij. §. non ſolum. Sic ergo exponamus in queſtionibus
vertentibus inter coniunctos, ⁊c. id eſt, pro coniunctis, ad eo-
rum commodum, vel incōmodum. Sic ergo videmus, qđ leges
vbique appellant principales perſonas eos, ad quos commo-
dum ſpectat, vt C. de iur. calum. l. ij. §. j. ⁊ auth. principales. ſum
pta ex corpore, vt litig. iurent in exor. §. j. magis quam alios qui
ſunt in iudicio. Sed ſi ad eos ſpectat commodum, dicitur pro-
prie verti lis, vt dixi, multo magis ergo in iſto defenſore, qui in
iudicio interuenit, ⁊ litem eſt cōteſtatus, ⁊ ad eum ſpectat com
modum, ⁊ incommodum, eum dicemus propriiſſime, ⁊ vere eſſe
dominum litis, ⁊ inter eum, ⁊ fratrem eius verti litem: ⁊ ſic ver-
ba ſtatuti, que ſecundum propriam ſignificationem debent in-
telligi, vt ſupra probaui, in eo cadunt: ergo cogi debet alter ad
compromittendum.

ADDITIO.

a Th. D. C. Piſane. Alias incip. conſilium ciuitatis Piſane. ⁊
ita eſt v. vol. conſi. vj. ⁊ vide Barto. in conſi. xxix. incipiē. conſi-
lium Piſane ciuitatis. in ij. volu. ⁊ ita pro conſi. Barto. allegat
Alex. in l. ſemel mora. in fin. ff. ſolu. matri. ⁊ ibi vide omnino. Et
adde quod de iſta diſputatione Barto. facit mentionem idē
Barto. in l. vendita. ff. de iudi. ⁊ Vide Andr. Sicul. in c. quoniā
§. in alijs. vt lit. non conteſta. ⁊ Ang. de Aretio, in §. actionum.
Inſti. de actio. in ver. quero, denunciaui. ⁊ Alex. de Imo, in con
ſi. lxv. in vij. volu. incip. in cauſa ⁊ lite.
1 ☞ Nouandi animo quando aliquis ſuſcipit in ſe iudiciū, tunc
talis dicitur dominus litis ⁊ procurator.
2 Arbitrorum ſententia dicitur potius tranſactio quā ſentētia.
3 Vendicatio in dubio non preſumitur fieri ex cauſa, que cauſa-
tur ex facto ipſius emptoris. ſed ex cauſa precedenti, ex qua vē
ditor de euictione tenebitur.
4 Verbum, rite, denotat proprietatem ⁊ iuris ſolennitatem.
5 Perſonale pactum quot modis dicatur.

**Solutio.** Inuocato nomine Domini noſtri Ieſu
Chriſti totiuſqꝫ Trinitatis, ſaluo ſemper
cōſilio vniuiuſqꝫ Doctoris, vel Scholaris melius ſentiētis, vt
accedat quod legitur ff. qui po. in pig. hab. l. claudius. in fi. Sal
uo etiam conſilio domini mei, ⁊ docto. domi. Ray. de For. dico
dictum fratrem cogi debere ad compromittendum. ⁊ hoc po-
tiſſime per aliquas rationes factas ſupra proxime pro hac par
1 te j. ſcilicet, iiij. vj. viij. ⁊ x. ⁊ hoc oſtendo † Aut enim dicimus
iſtum ſuſcepiſſe in ſe iudicium animo nouandi, ⁊ tunc non eſt
dubium, qꝛ ipſe dicitur dominus, ⁊ non procurator, cum pri-
mum ſit liberatus ipſo iure, ⁊ hoc notabiliter dicit gloſ. de pro
curato. l. non ſolum. in prima magna glo. ante fi. ⁊ ideo cum lis
ſit inter eos debeat compromitti. Aduerte tamen, quod iſtud
nouare non poteſt fieri inuito actore. l. ſi mandato meo. §. j. ff.
manda. ⁊ hoc tenet gloſ. in d. l. non ſolum. circa fin. prime gloſ.
alias per nouationem fieret deterior conditio actoris eo inuito
contra l. aliam. ff. de nouatio. licet alia gloſ. videatur dicere con-
trarium. ff. de negot. geſtis. l. liberto. §. fi. ſed male, ⁊ etiam dam
nant Iac. But. ⁊ cyn. C. vbi in rem act. l. j. ⁊ hoc tenet do. Ray.
in l. ſolutionem. ff. de ſol. ſed tanquā procurator in rem ſuam nō
nouando primam, bene poteſt inuito actore, vt l. ſolutionem
de ſolu. ⁊ l. ſoluendo. de negot. geſt. ⁊ ita loquuntur iura alle. in

iij.ratiõe facta pro parte negatiua. Aut dicimus, qđ iſte ſuſce-
pit in ſe iudicium, vt procurator, ⁊ tunc eſt certum, quod iſte
vẽditor ſuſcipiens iudicium eſt procurator in rem ſuam. Nam
licet actio in rem proponatur cauſa non expreſſa, in dubio non
videtur res vẽdicari ex cauſa que proueniat ex facto: vel ex cul
pa emptoris, ſꝫ ex alia cauſa, ex qua venditor de euictiõe tenea-
tur. text. eſt not. in l. ſeruum quoqꝫ. §. fina. ff. de procur. Bñ facit
qđ not. ff. de fideiuſ. l. exceptionem. in fin. gl. ⁊ ex neceſſitate mo-
ta lite, tenetur emptorẽ defendere: vt ff. de euict. l. ſi plus vel mi-
nus. §. mora. Sꝫ ille, qui ex neceſſitate efficitur procurator in rẽ
ſuam, nõ dicitur alieno nomine eſſe in iudicio. De hoc text. eſt
clarus. ff. de procur. l. ſeruum quoqꝫ. §. fin. in fin. cõiuncto §. ait
pretor. ea. l. Si ſic, ergo proprio nomine eſt queſtio inter dictos
fratres, merito debet cogi ad compromittẽdum. ¶ Item dico
qđ iſtud beneficium compromiſſi non poſſet implorare emptor
extraneus ex perſona fratris vẽdentis. nõ enim tranſit ad ſin-
gularem ſucceſſorem, nec ad vniuerſalem, quia eſt perſonale be
neficium, ſcilicet ratione fraternitatis, ⁊ coniunctionis. Hoc
probat tex. expreſſe ff. pro ſoc. l. verum. in prin. ff. ſol. matr. l. quia
tale. ⁊ qđ ibi nota. per Dyn. ⁊ Pe. ⁊ plene per Dyn. extra de re
gu. iu. c. priuilegium perſonale. lib. vj. ſꝫ ipſe frater, qui ſuſcepit
iudicium ex perſona ſua, hoc implorabit ſuo nomine, d. l. idem-
que. §. gñaliter. ff. mandat. quod declara: vt dixi ſupra in vj. ra-
tione. faciunt etiam leges allegate in quarta ratione. Nam im-
plorando tale beneficium, nõ videtur declinare forum vel iudi-
cem: vt j. dicam in ſolutione primi contrarij. non ergo hoc im-
plorabit nomine eius quem defendit, ſed ſuo ꝓprio ⁊ ſic habet
practicam. Item dico: vt perfecta ſit ſolutio, qđ ſi iſte defenſor
non teneretur de euictione, non teneretur defendere: ſꝫ ſi ſuſce-
piſſet vt procurator in rem ſuam, volẽs donare emptori, quod
tenetur ex perſona ſua opponere, de except. loquor, que reſpicit
ipſam cauſam vt j. dicam in ſolutione contrariorum. Iſte enim
debet defendere eo modo ⁊ ordine, quo principalis qui defendi
tur ⁊ ex perſona huius defenſoris in nullo modo debet fieri de-
terior cõditio actoris. ⁊ ſic loquuntur omnia iura all. in v. ⁊ vj.
ratione pro dicta parte negatiua. alias ſequeretur illud abſur-
dum, qđ ponitur in vlti. ratione pro dicta parte negatiua. Ad
hoc induco Dyn. qui hoc dicit ad literã. ff. de fideiuſ. l. Marcel
lus. in fin. magne additionis: vbi intelligit d. l. idemqꝫ. §. genera
liter. in eo qui defendit fideiuſſorem, qui habet regreſſum con-
tra eum. qđ tene menti. Diſtingue ergo in q. noſtra, Aut ſuſce-
pit iudicium animo nouandi actore volẽte, aut tanquam defen
ſor, ſeu procurator, ⁊ tunc aut eſt defenſor neceſſarius, aut volũ
tarius, vt patet ex predictis. Verum quia ſupra ſunt facte rõ-
nes, que multum obſtant ad quodlibet predictorum, iõ reſpon
debo per ordinem. Et primo obſtare videtur omnes rationes
facte pro parte negatiua. ſꝫ nõ obſtant in veritate. Nec ob. pri-
2 mum, cui reſpondetur duobus modis. † Primo ſic, qđ hic non
eſt mutatio fori, neqꝫ iudicis. Nam vos ſcitis, quod ſententia
arbitrorum dicitur tranſactio magis, quam ſententia: vt auth.
vt diffi. iudi. §. ſi vero contigerit. ⁊ ibi nota. Sed ſi ego implora-
rem a iudice quod cogeret aliquem mecum tranſigere, vel paci
ſci, non eſt dubium quod non eſſet declinare iudicem, imo tunc
proprie ipſe cognoſceret, vt ff. de vſufru. l. equiſſimum. ⁊ ibi tex.
⁊ gl. Preterea ille, qui de iudice committit in arbitros, non di-
citur iudicem declinare, ⁊ de hoc eſt text. cum gl. ſimul vnita, C.
de iudic. authẽ. ſi vero contigerit. ⁊ pro hoc videtur alia gl. ff. de
iudic. l. vbi ceptum. Preterea quid ſi peto quod iudex commit-
tat obſtetricibus quod ventrem inſpiciant, vel menſori qđ me-
tiatur agrum. Certe abſit quod dicatur mutatio iudicis, vel fo
ri, vt ff. de ven. inſpi. l. j. ⁊ §. j. ſi menſ. fal. mo. dix. l. iij. §. idẽ Pom-
ponius. ⁊ §. ſequẽ. Secundo modo reſpondetur ſic, Verum eſt,
quod nõ poteſt iudex mutari, vbi ex mutatione iudicis mute-
tur natura cauſe, vt ꝓbaui ſupra, in nona ratione facta pro par
3 te affirmatiua, quod tene menti. † Ad ſecundum reſpondeo, qđ
in dubio non preſumitur fieri vẽdicatio ex cauſa, que cauſatur
ex facto ipſius emptoris culpa, ſꝫ ex cauſa precedẽti ex qua vẽ-
ditor de euictiõe tenebitur. De hoc eſt caſus quem ſupra alle.
C. de aſſer. tol. l. fina. in fin. facit qđ not. ff. de exceptio. l. exceptio-
nem. in prima gl. in fin. vnde iſte qui ſuſcepit defenſionem habet
fundatam intentionẽ ſuam, niſi contrarium probetur. Ad ter-
tium reſpondeo, quod eius conditio non fit deterior ſi non liti-
gat coram iudice, ſꝫ coram arbitris, qui de bono, ⁊ equo cogno-
ſcunt, ibi enim habebit bonam fidem cognoſcere, ⁊ ſic cõditio
eius nõ dicitur fieri deterior, vt ff. de adminiſtration. tut. l. quo-
ties. §. ſicut, ff. man. l. fideiuſſor. §. quedam tamẽ. Preterea non
dicitur fieri conditio eius deterior, ſi agit perinde ac ſi res non
eẽt alienata, vt ff. de peti. heredi. l. ſed ⁊ ſi lege. §. item ſi rem. non
enim fit melior, ſꝫ deterior. quod ſufficit pro ſolutione legis, in
pupillo, de ſolu. cum ſimilibus. allega. in gloſſ. d. §. item ſi rem. in
verb. non videretur. Ad quartum reſpondeo, iſta ratio conclu-
dit in eo, qui in ſe ſuſcepit iudicium animo nouandi, ſꝫ queſtio
noſtra hoc nõ ponit, ſed loquitur de eo qui ſuſcepit, vt procura
tor in rem ſuam. Sꝫ poſito quod in ſe ſuſcepiſſet animo nouan-
di, adhuc dico, qđ licet defenſor teneatur vtili, ⁊ vtilis ſit ex in-
terpretatione, tamẽ lis, ⁊ queſtio dicuntur eſſe inter defenſorẽ
⁊ actorem vere, ⁊ proprie, vt ſupra probaui, non enim ſequitur,
actio, qua tenetur, eſt vtilis, ⁊ ex interpretatiõe, ergo iudicium
eſt ex interpretatione, vt probatur arb. fur. ce. l. v. §. fin. in gl. ſe-
cus in queſt. de emphyteuſi. Pro hoc videtur tex. ff. de procur.
4 l. procurator in rẽ ſuam. † Nam verbum, rite, ibi poſitum deno-
tat proprietatẽ, ⁊ iuris ſolennitatem, vt no. ff. de inofficio. teſta-
mẽ. l. ij. ⁊ de petit. her. l. ſed ⁊ ſi lege. §. ſcire. ⁊ ſequent. Hoc etiam
probatur ff. de verb. ſignificat. l. litis nomen. ⁊ gloſſ. que dicit de
offi. Ad quintum reſpondeo, in eo quod dicit de tribunali, dic
vt ſupra in ſolutione primi cõtrarij, ⁊c. Ad alia dic quod habet
locum in defenſore voluntario, ſecus in neceſſario. vt dixi ſupra
in ſolutione queſtionis. Ad ſextum reſpondeo eodem mõ. Vel
dic quod non ſit deterior, vt dixi in ſolutione tertij contrarij.
Ad ſeptimum reſpondeo, qđ illud procedit in herede, vel alio
ſucceſſore voluntario, ſecus in neceſſario, hoc videtur ex predi-
ctis, ⁊ probatur optime ff. de ſepara. l. j. in fin. vbi heres neceſſa-
rius inquantum in rebus ſuis damnificaretur, vtitur ſuo iure,
hoc tamen ſolue plene per Cyn. C. de ſacroſanct. eccleſ. authent.
qui res iam dictas. Vel dic ad d. l. heres abſens. quod loquitur
ibi in priuilegio quodam ſpeciali, de quo non eſt factum ius cõ
mune quantum ad eos, ergo, ⁊c. Ad octauum reſpondeo quod,
⁊ fateor maiorẽ, licet multum ſit dubium. nec pono eam pro cõ-
ſtanti. Ad minorẽ dico, quod litem eſſe inter aliquos alieno no-
mine poteſt dici duobus reſpectibus, vno modo, id eſt, ad alie-
nam vtilitatem, vt dicta l. j. §. in propria. quando appel. ſit. ⁊ ſic
loquitur d. l. queſitum. ⁊ gloſſ. in l. lis nulla. ſed hic iſte conueni-
tur ex cauſa, per quam ad eum pertinet cõmodum, ⁊ incommo-
dum. ⁊ iõ iſto caſu non dicitur defendere alieno nomine. Alio
modo dicitur quantum ad infamiam euitandam alieno nomine
id eſt, ex facto quod habuit initium in perſona alterius, vt l. fur
ti. §. qui alieno. ff. de infam. ⁊ iſte nõ ẽ caſus noſter. nec enim hic
tractamus aliquid de infamia. Nec obſt. quod not. Spec. Pri-
mo, quia poſſum dicere, ipſe non dicit verum. ⁊ contra caſum l.
ſeruum quoque §. fina. cum iſte defendat ex neceſſitate, vt dixi.
Itẽ caſus videtur cõtra eum ff. ſi ex noxa. cauſa argu. l. ſi cum
vno. Sed ponamus quod dicat verum ſecundum communem
vſum, dico quod iſte cautiones emergunt ante litis cõteſtatio-
nẽ, ⁊ ſic antequam iſte defenſor efficiatur dominus litis, vel no-
mẽ ſuum aliquo puncto vertatur in iudicio, merito ergo cauit.
Sꝫ iſtud beneficium, de quo loquitur, poteſt opponi poſt litis
coteſtationem, ⁊ idem in alijs exceptionibus coherentibus per
ſone vẽditoris, tunc enim id eſt, poſt lit. conteſtat. omnino dici-
tur lis eſſe ſuo nomine, vt dixi in precedẽtibus. Ad nonum pa-
tet reſponſio, quia imo ſecundum propriam ſignificationem di
citur eſſe lis inter eos. Ad decimum reſpõdeo quod non ſequi-
tur iſta abſurditas, nam vt dixi iſtud beneficium nõ datur niſi
defenſori, ergo non erit in poteſtate alicuius, niſi eius ad quem
de iure ſpectat, ad illud autem quod dixi, quod ipſe emptor nõ
poſſit opponere ex perſona vẽditoris, obſtat quinta ratio facta
pro parte affirmatiua. Ad quod reſpondeo quod prout illa ra-
tio loquitur de excep. in rem coherẽtibus perſone non ob. quia
iſta eſt perſonalis ad pactum cõuẽtum, quod loquitur de exce-
5 ptione perſonali. † Reſpondeo quod perſonale pactum dicitur
duobus modis. Vno modo ꝙ cõſeruat tantum perſonam eius
cui ſit pactum, iſto mõ non loquitur ille §. ſed loquitur d. l. idẽ.
in duobus §§. ſupra eodẽ tit. Alio modo intelligitur pactum
perſonale, quod licet ſit in rem, donec ipſe, cui ſit pactum, viuit:
tamẽ finitur morte ipſius, ⁊ iſto reſpectu ſumitur ibi, ⁊ ibi vide
tur tenere gl. in fin. ⁊ ita tenet ibi Bul. Vel dicas illud eſſe va-
lidum in perſona ipſius, ſi opponatur a venditore ſuſcipiente
iudicium, ſecundum qđ dixi in noſtra queſtione, ſed prima me-
lior, ⁊c. Ad idem obſtant que dicta ſunt in ix. ratione facta pro
parte affirmatiua, ſꝫ leges ibi allegate loquuntur de exceptio-
nibus rei coherentibus. Ad aliud quod dixi, voluntarius hoc
nõ poſſet opponere, videtur obſtare quod dixi in ſecunda ratio
ne facta pro parte affirmatiua. Sꝫ reſpondeo primo ad l. ſed ⁊
ſi hac lege. §. fin. quod ibi ſit ſpeciale in illo beneficio, in quo ver
titur fauor patroni, ⁊ ſi impetretur talis venia, niſi liberto no-
cet in ſua cauſe, ⁊ hoc eſt bñficium quod poſſet obeſſe, ⁊ naturã
cauſe immutat. Non ob. l. licet. §. fina. de obſequijs a lib. preſtã.
quia loquitur quando cõuenitur alieno nomine, tamen agitur,
vel excipitur de eorum proprio dolo. Et ita intelligunt ibi Do-
ctor. Cum ergo ibi ad eos de eorum proprio facto ſpectaret cõ-
modum, vel incommodum potius dicitur neceſſarius defenſor,

quam voluntarius. Et ita facit pro determinatione noſtra. Bart.

¶ Diſputata fuit per me Bar. de Saxofer. minimum inter legum Doct. in Regia, ac nobiliſſima Ciuitate Piſarum, circa annum Domini Mcccxl. die xv. menſis Januarij.

## QVÆSTIO III.

1 ☞ Sententia lata contra principalē mandatur executioni contra fideiuſſorem iudicatum ſolui.
2 Fideiuſſor iudicatum ſolui tenetur ſiue ſit res iudicata contra preſentem, ſiue contra abſentem, re non defenſa.
3 Pater ſicut de iure communi ex contractu filij obligatur de peculio, ita ex forma ſtatuti ex delicto filij pater obligatur in portione dicta.
4 Dolus rei conuenti iudicio pendente ſi cōmiſſus eſt, facit ſententiam latam mandari executioni contra eum, contra quem alias non mandaretur.
5 Sententia lata contra procuratorem, vel tutorem, de iure communi mandatur executioni contra dominum, ⁊ pupillum.
6 Diſpoſitio conditionalis adueniente cōditione ſumit effectum.
7 Conditio pro impleta habetur, quando per eum, qui ex euentu conditionis leditur, fit quo minus conditio impleatur.
8 Statuto ſicut inducitur ficta confeſſio, ita de iure communi reducitur quedam ficta filiatio per actum adoptionis.
9 Juramentum eſt quedam ficta ſolutio, ⁊ habet vim ſolutionis.
10 Cnofeſſio ficta tantum operatur, quantum vera.
11 Executio contra purum debitorem condemnati, alijs bonis ceſſantibus fit, ⁊ ipſius nomen in cauſam iudicati capitur.
12 Sententia quantumcunqꝫ legitimis probationibus contra vnum lata, ſuum effectum retro ad ipſius authoritatem non porrigit.
13 Sententia lata contra vnum alijs non preiudicat, quando effectus alicuius facti extenditur contra plures ratione connexitatis, niſi contra eum de nouo probetur.
14 Condemnato exiſtente non ſoluendo peruenitur ad bonorum poſſeſſores.
15 Preſentes in vnoquoqꝫ iudicio ſunt ſententiandi, vel legitime citati, alias ſententia nocet inter preſentes, ⁊ non nocet abſentibus.
16 Sententia lata contra filium an ⁊ quando patri preiudicet.
17 Confeſſio vera filij patri non preiudicat.
18 Maioris authoritatis eſt dictum ⁊ confeſſio alicuius deponētis, quam ſit ſimplex confeſſio.
19 Statutum diſponens quod contumax habeatur pro confeſſo quid importet.
20 Confeſſio vnius ficta non extenditur ad alias perſonas.
21 Verba ſtatuti debent intelligi ſecundum propriam ſignificationem.

a PErusine [a] Ciuitatis ſtatuto cauetur, ꝙ ſi filiusfa. cōmiſerit maleficiū, pater tenetur pro eo ſoluere condemnationē, aſſignando filio dimidiaꝫ eius qđ habiturus eſſet ab inteſtato, ſi tunc pater decederet, ⁊c. Alio ſtatuto cauetur qđ ſi quis pro maleficio paſſus fuerit ſe poni in banno, elapſo termino banni habeatur pro cōfeſſo. Contigit quod quidam filiusfamil. de maleficio accuſatus paſſus eſt ſe poni in banno, ⁊ elapſo termino banni habebitur pro cōfeſſo condemnatus in certa quantitate pecunie, nec aliter de eius maleficio conſtat. Querit an pater teneatur ad ſoluēdum condemnationem de eo factam, vel non preſuppoſito quod proceſſus, ⁊ ſententia teneat ſecundum formam ſtatuti ciuitatis predicte, ⁊ quod pater teneatur, proba-
1 tur pluribus rationibus. † Primo probatur ſic, Certum eſt ſecundum communem opin. quod ſentētia lata contra principalem mandatur executioni contra fideiuſſorem iudicatum ſolui. l. j. de fideiuſ. l. Grece. ⁊ §. poſt litem, in fin. ⁊ nota in l. fina. C. de vſur. rei iu. ⁊ ibi per gl. ⁊ doct. ⁊ not. extra de iniur. ⁊ dam. da. c. j. lib. vj. ſed hic pater equiparatur fideiuſſori filij, vt ff. de verb. ob. l. cum filius. ⁊ de fur. l. eum qui. §. an pater. ⁊ poteſt dici fideiuſſor de iudicato ſoluendo, vt patet ex verbis ſtatuti, cum dicit, teneatur ſoluere cōdemnationem. ⁊c. ergo contra eum fiet e-
2 xecutio, ⁊ tenetur ad ſoluendum condemnationem. † Secundo probatur ſic, Fideiuſſor iudicatum ſolui tenetur, ſiue ſit res iudicata cōtra preſentem, ſiue contra abſentem re non defenſa, vt ff. iud. ſol. l. iudicatum ſolui. l. cum querebatur. ⁊ l. ſi ex duobus. cum ſi. Sed hic pater equiparatur fideiuſſori iudicatum ſolui. ergo tenetur ad ſoluendum condemnationem etiam ſententia lata cōtra contumacem. Et hoc eſt quod dicitur in l. iudicatum ſolui. ff. iud. ſol. ſcilicet, quod iudicatum ſolui ſtipulatio, expeditam habet quantitatē in tantum, in quantum iudex pronūciauerit, Ex quibus concluditur quod pater teneatur ſoluere di-
3 ctam cōdemnationem. ¶ † Tertio probatur ſic, Sicut de iure communi pater ex contractu filij obligatur de peculio, vt ff. de pecu. l. j. §. fin. ⁊ l. iij. §. ſꝫ ſi filius. ⁊ C. quod cum eo. l. j. Ita hic ex forma ſtatuti, ex delicto filij pater obligatur in portione predicta, hoc premiſſo, ſic arguo, In danda actione iudicati contra patrem de peculio, ſolum hoc inſpicitur, an ſit iudicatū, ⁊ filius cōdemnatus, vt ff. de pecu. l. iij. §. idem ſcribit. ⁊ de noxa. l. noxali. cum duabus ſeq. Sic ergo in propoſito, cum filius ſit condēnatus, pater de dicta portione tenetur ſoluere condemnatio-
4 nem. ¶ † Quarto, quia dolus rei conuēti iudicio pēdente commiſſus eſt tante potētie, quod facit ſententiam latam mandari executioni cōtra eum, contra quem alias non mandaretur. ff. vt in poſ. leg. l. ſi legato. §. fi. ⁊ C. eo. l. certa eſt forma, que leges probant, quod ſententia lata contra eum qui dolo deſijt poſſidere, mandatur executioni contra poſſidētem. Et hoc no. per Cy. C. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. j. in viij. q. Sꝫ certum eſt ꝙ ſi de maleficio filij conſtaret legitime, pater tenetur ſecūdum formam ſtatuti, ergo multo magis in caſu noſtro vbi filius pendente iudi-
5 cio dolum, ⁊ contumaciam adhibuit. ¶ † Quinto ſic. Premitto quod filiusfam. in hac lite habet legitimam perſonam, etiam in preiudicium patris. Nam ſicut de iure communi ſentētia lata contra procuratorem, vel tutorem qui ſunt legitime perſone, mandatur executioni contra dominum, ⁊ pupillum, vt ff. de procura. l. Plautius. ff. de re iud. l. iiij. in prin. ⁊ §. j. ita noſtro, ex forma ſtatuti ſententia lata cōtra filium mandatur executioni contra patrem. Nunc arguo, Pena que ratione contumacie tutoris, vel procuratoris infertur, nocet domino, ⁊ pupillo, vt C. de procura. l. eum qui res. de digni. l. quoties. lib. xij. ergo hoc caſu pena que infertur huic filio ratione contumacie, nocebit patri,
6 ⁊ ſic tenetur ſoluere condemnationem. ¶ † Sexto ſic, diſpoſitio conditionalis adueniente conditione ſumit effectum, vt l. cedere diem. de verb. ſigni. l. pecuniam. ſi certum petat. de conditi. ⁊ demon. l. qui heredi. §. fin. ⁊ quaſi per totum ti. ſed ſtatutum hic diſponit cōditionaliter, quod pater teneatur ſoluere condemnationem, ſi filius commiſerit maleficium, ſꝫ iſta conditio extitit, quia filius commiſit maleficium, ergo, ⁊c. hoc ſi probo. Aut dices hunc filium commiſiſſe maleficium de quo accuſatus eſt, ⁊ habeo propoſitum. Aut dices nō cōmiſiſſe, ſed ratione contumacie eſſe cōdemnatum, ⁊ tunc idem, quia contumacia eſt delictum, ſeu maleficium, vt ff. ſi quis ius dic. non obtemp. l. j. de re iudic. l. contumacia. ergo patet filium commiſiſſe maleficium, ⁊
7 ſic pater tenetur ſoluere condemnationem. ¶ † Septimo ſic, Quando per eum, qui ex euentu conditionis leditur, fit quo minus conditio impleatur, habetur conditio pro impleta, vt ff. de condi. ob cau. l. iij. in fi. de regu. iur. l. in iure ciuili. extra de re iu. c. cum ſtat per eum. lib. vj. ⁊ ibi per Dyn. ſed in q. noſtra per patrem qui ex euentu leditur, ſtat quo minus filius cōpareat, vt maleficium probetur ⁊ probatio quantuꝫ ad patrem habetur pro impleta. Quod ſtet per euꝫ patet, quia habet eum in poteſtate. ⁊ ipſum iure patrie poteſtatis vbique exiſtentē poteſt capere, ⁊ preſentare, vt ff. de re milit. l. qui cum vno. §. j. ⁊ §. qui filium. ibi, a patre poſtea exhibitus, ⁊c. C. de pat. po. l. iiij. ſi ergo non exhibet, ergo ſtat per eum, ⁊ ſic cōditio habetur pro imple-
8 ta, ⁊ tenetur ſoluere condemnationem † Octauo ſic, Sicut in q. noſtra, per ſtatutum inducitur ficta confeſſio: ita de iure communi reducitur quedam ficta filiatio per actum adoptionis, vt in toto titu. de adop. ff. ⁊ inſti. ⁊ no. ff. de adop. l. ſi pater. §. fin. in gloſ. in verb. procreationi. que incip. vtilius. ſed illa ficta filiatio per adoptionem inducta porrigitur ad omnes, qui non ve-
9 niūt per contumaciā etiā cōtra patreꝫ, ⁊ ſic tenetur. † Nono, ſicut iuramentū eſt quedam ficta ſolutio, ⁊ vim ſolutionis habet: vt ff. de iure. l. eum qui iuraſſe. in fi. ⁊ l. qui duobus. §. j. ⁊ l. tutor. §. j. ita hic per ſtatutum inducitur ficta confeſſio ex contumacia, ſed virtus illius ficte ſolutionis, que venit ex iuramento porrigitur etiam ad alios, quia ſi iurat principalis. prodeſt fideiuſſori, ⁊ econuerſo. l. duobus. §. j. eod. tit. ⁊ l. fin. ita in propoſita q. virtus huius ficte confeſſionis porrigitur ad patrem, ⁊ ſic
10 pater tenetur ſoluere condemnationem: ergo, ⁊c. ¶ † Decimo ſic, Tantum operatur ficta cōfeſſio quātū vera, vt ff. de his qui no. infa. l. quoniā. ⁊ C. de aſſeſ. l. cōſiliarios. de here. aut. credentes. Sed certū eſt quod ſi filius condēnatus eſſet ex vera cōfeſſione pater teneretur ex forma ſtatuti ſoluere cōdemnationem
11 ergo ⁊ nūc, quādo eſt ficta ꝯfeſſio. ¶ † Undecimo ſic, Certū eſt quod contra purū debitorem condemnati alijs bonis ceſſantibus fit executio, ⁊ ipſius nomē in cauſam iudicati capitur. Nā inſpecto qualiter principalis fuerit condemnatus: vt C. ne fiſc. vel Reſpub. l. prima. ⁊ per totum. ff. de re iudica. l. a diuo Pio. §. ſic quoque, ſed in propoſito pater in illa portione, de qua fit mentio in ſtatuto eſt debitor filij pure, quia lex omnem conditionem

tionem ⁊ dilationem ſuſtulit, vt patet ex verbis ſtatuti, ⁊ proba
tur in ſimili. §. de condi. ex lege. l. j. per quam legem illud funda
tur, ergo in patrem fiet executio.
Quod Pater non teneatur ſoluere condemnationem
probatur. Primo, quia ſi eſſet plene probatum fi
lio defendente per teſtes, ſententia contra eum lata patri non
preiudicaret, niſi contra eum probaretur. Secundo, quia poſi
to quod ſic preiudicaretur, tamen ſententia diffinitiua lata per
legitimas probationes filio abſente patri nõ preiudicaret. Ter
tio, quia vera cõfeſſio filij patri non preiudicaret. Quarto quia
poſito quod vera confeſſio noceret, non tamen nocet iſta ficta
12 cõfeſſio. † Primum probo ſic, Sententia quamtuncunque legi
timis probationibus cõtra vnum lata, ſuum effectum retro ad
ipſius authoritatem non porrigit, vt ff. de re iud. l. ſi a te. §. final.
Facit. ff. quod quiſqz iuris. l. iij. §. fin. ⁊ de pact. l. fideiuſſoris. ſed
nõ poteſt negari quod in omni iure quod filius habet, vel ha
bere ſperat in bonis paternis, pater fuit, ⁊ eſt eius author, er
go ſñia lata contra ipſum filium etiam legitimis probationi
bus aduerſus patrem non porrigit ſuum effectum. † Secundo
13 probo ſic, Quando vnius facti effectus extenditur contra plu
res ratione connexitatis, tunc probatio talis facti, ⁊ ſententia
lata contra vnum, alij non preiudicat, niſi contra eum de nouo
probetur, vt ff. de adul. l. denunciaſſe. §. fin. vbi ſentẽtia lata con
tra adulterum nõ nocet adultere, ⁊ econtra, ⁊ tamen vnum non
poteſt eſſe verum ſine altero. pro hoc. C. de fal. l. j. ⁊ quod ibi no.
vbi ſententia partus ſuppoſiti contra matrem non nocet par
tui. Pro hoc. ff. de iureiu. l. iij. §. pe. facit C. qui. res iud. non noc.
l. j. ⁊ quod ibi not. ⁊ C. res inter alios acta. per totum. Sic in p
poſito maleficium filij extẽdit effectum ſuum tam contra filium
quam contra patrem, ⁊ ſic probatio quantumcunqz veriſſima,
⁊ ſententia lata contra filium, patri non preiudicabit, niſi con
14 tra eum probetur. † Tertio ſic, Sicut in queſtiõe noſtra ex for
ma ſtatuti filio condemnato, ⁊ ſoluente peruenitur ad patrem,
ita de iure communi aliquo condemnato exiſtente non ſoluẽdo
peruenitur ad bonorum poſſeſſores, vt C. de pig. authẽt. hoc ſi
debitor. ſumpta ex corpore de fideiuſ. §. ſi neque. ⁊ ff. de iure fiſc.
l. Moſchis. in prin. Hoc premiſſo arguo ſic, Sentẽtia lata con
tra authorem meum, quantumcunque veriſſimis probationi
bus poſt ius, ⁊ poſſeſſionẽ tranſlatam mihi non nocet, niſi con
tra me de nouo probetur eo iudicio quo poſſet contra me age
re, vt ff. de excep. rei iud. l. ſi mater. §. fi. l. iudicate. §. fi. de pig. l. ſi
ſuperatus, in princi. ergo in propoſito ſententia lata contra fi
lium nõ debet nocere patri, quia ante dictam ſententiam in bo
nis ſuis plenum ius habebat, ⁊ habet nec ad eum poteſt perue
15 niri, niſi de nouo probetur. † Quarto hoc probo per regulam
quod hoc poſſit authoritate adunantie generalis, ⁊ ſimilia ver-
ba. tunc hoc non poſſent ex vigore eorum officij. Hoc probatur
in proe. Inſti. circa mediū. de vete. iure enucl. l. j. §. omnia enim.
ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. l. j. §. qui mandatam. ⁊ de iuriſ.
om. iud. l. ſolet. Et hoc magis eſt expreſſum extra de cle. egro. c. j.
lib. vj. ⁊ de ſupplen. negl. prela. c. j. in cle. de reli. do. c. quia contin
git. §. j. in clemen. Si vero verba ſunt dubia, vt in noſtra queſtio
ne tunc aut committitur ipſis prioribus vnum factum particu
lare, ⁊ inter certas perſonas: vel de certa re, ⁊ tūc in dubio intel
ligitur authoritate adunationis generalis, non ipſorū propria.

caſus eſt expreſſus extra de reſcriptis. c. cum aliquibus. lib. vj.
Juriſdictio eīm ordinaria non conceditur in re certa, vel parti-
culari caſu, arg. ff. de teſta. tut. l. certarū. ſed debet dari cuidam
vniuerſali adminiſtratori: vt ſtatim dicā. Si vero concedit vnū
negotium vniuerſale: vt in queſtione noſtra, vbi conceditur pro
uiſio ſuper abūdantia, tunc videt concedi iuriſdictio ordinaria
quod probatur. Quia vniuerſitas hoc pōt. l. fi. C. de iuriſdi. om.
iud. ff. eo. l. ⁊ qꝛ. ⁊ ibi nota. ſed concedendo aliquam adminiſtra-
tionē vniuerſalem, in dubio videt concedere iuriſdictionē ordi-
nariam, vt l. j. in prin. ⁊ §. cum vrbē. ff. de offi. prefe. vrb. ⁊ C. vbi
cui ⁊ apud quē. l. fi. ⁊ ibi, certe adminiſtrationi, cui ⁊ iuriſdictio
ineſt, ⁊c. vt in auth. habita. C. ne fil. pro patre. vbi Doctoribus
conceditur iuriſdictio in Scholares, ⁊ conſtat ꝙ illa eſt iuriſdi
ctio ordinaria. Et ſic in caſu propoſito ſi hoc fecerūt tanquam
Priores, cum hoc competat ipſi officio tanquā iuriſdictio or-
dinaria lege municipali hoc concedente, nō eſſet neceſſe ꝙ fieret
mentio de authoritate adunantie generalis. Pro hoc eſt tex. ff.
ꝙ vi aut clam. l. iij. §. non tm̄. ver. plane. ibi, hoc ita verum eſt, ⁊c.
c Circa fin[c] vero, poſito qd hoc non poſſint facere authoritate
eorum officij, an ſi non exprimāt authoritate adunantie genera
lis, cōmune teneatur. Hic eſt aduertendū. Quandoqz contra-
d hitur cum eo, qui hz[d] mandatū, vel adminiſtrationē ab alio ſim
pliciter, hoc modo, Titius promiſit, ⁊c. nō adiecto nomine alte
rius ⁊ hoc caſu, qꝛ contractus pōt intelligi celebratus nomine
ipſius proprio, ideo alius, a quo habet officium, forte nō eſt ob
ligatus. Et ad hoc concludūt omnes rationes facte pro illa par
te, qd commune non tenetur, ſed ſi actus non poterat celebrari
nomine proprio, locū habent rationes facte pro prima parte,
ꝙ commune teneatur, quod tamen hic non examino, qꝛ eſſet lō-
gum, ſed examinabo in repe. quam intendo facere, ſuper l. poſt
mortem. ff. quando ex fac. tut. ⁊c.
e ¶ Diſputata fuit hec queſtio[e] per me Barto. de Saxoferrato
minimum inter legum Doctores.

### ADDITIONES.

a T. D. ¶ Adunantia. Adde ꝙ iſta q. eſt inſerta in antiquis lec.
Bar. in l. ambitioſa. in fi. ff. de decret. ab ordine fac. ⁊ ibi vide a-
poſtil. meam, ⁊ vide Barto. in l. quoties. §. data igitur. ff. de opt.
leg. ⁊ ibi vide Alex. in addi. ⁊ apoſti. Alex. in l. habebat. ff. de in-
ſtito. ⁊ in addi. Bal. ⁊ Alex. in l. ſi per errorem. in ver. extra gloſ.
de iuriſ. om. iudi. ⁊ Fel. in c. paſtoralis. §. qꝛ vero. de offi. deleg. ⁊
in c. cum acceſſiſſent. de conſti.
b ¶ Et circa primum. Vide Alex. in l. j. §. opus nouum. in princ.
ff. de no. ope. nunc.
c ¶ Circa fin. Vide quod plene no. Bal. in l. falſus. C. de furt.
d ¶ Cum eo qui habet. Vide Alex. in conſi. cxivj. in v. vol. inci. in
cauſa. in fi.
e ¶ Hec queſtio. Adde qd hec queſtio fuit diſputata Peruſij
anno domini Mccclvj. de menſe Februarij prout inueni in pri.
vol. conſi.

### QVÆSTIO VI.

1 ☞ Judex quando aliquem iniuſte capit, infert illi capto vin-
cum ſpoliat propria libertate.
2 Actione alterius quando quis vtitur, vti debet tantū cum ſua
cauſa, ⁊ cum ſuis vitijs.
3 Capi aliquez, duci, ⁊ poni in carceribus, dicitur vocatio in ius,
appellatur citatio realis.
4 Vtile per inutile vitiatur, in his que ſunt inſeparabilia.
5 Interdictum quod datur ſpoliatis pro recuperanda poſſeſſio-
ne, non datur, niſi contra ipſum ſpoliantem.
6 Captura licet ſit inutilis in perſona vn[illegible]s, tamen pōt eſſe pre-
paratio vtilis in perſonam alterius.
7 Actus naturalis etiam per violentiam factus, licet non proſit
facienti, tamē prodeſt alij in interruptione preſcriptionis, ſi ali-
quis per vim de fundo expellitur.
8 Fuga debitoris iuſte quando timetur debet capi ⁊ detineri, li-
cet alias fieri non poſſet.

a **Lapus**[a] fuit captꝰ, ⁊ in carceribus poſitꝰ au-
thoritate iudicis indebite ⁊ iniuſte, de-
inde ad petitionē ſui creditoris, qui de iure cōi vel
municipali poterat eū facere capi, ⁊ in carceribꝰ de-
tineri pro debito fuit authoritate iudicis cōpetētis recōmēda-
tus, ⁊ in carceribꝰ p̄ debito ſupradicto poſitus, nūc Lapus pe-
tit ſe a carceribꝰ relaxari, ⁊ de iniquitate ⁊ iniuſtitia prime ca-
pture, ⁊ carcerationis legitime oſtendit. Modo queritur an de-
beat totaliter relaxari, an vero pro debito dicti creditoris de-
beat

beat in carceribus remanere? ⁊ primo pro parte dicti Lepi qđ
1 veniat totaliter relaxandus, probabo decem rationibus.† Pri-
mo probatur ſic, Certum eſt qđ quando iudex aliquem iniuſte
capit, ⁊ in carceribus ponit, infert illi capto vim, ⁊ eum ſpoliat
propria libertate: vt ff. de in ius voc. l. pleriq̃z. in fine, de lib. ho.
exhib. l. j. ⁊ l. ij. de cond. ⁊ demon. l. Titio centum. §. Titio. j. ſed
ſpoliatus ante omnia debet reſtitui. C. ad legem Iuliam de vi. l.
ſi quis ad ſe fundum. de ord. cog. l. fi. ⁊ C. vnde vi. l. meminerint.
⁊ C. ſi per vim vel alio modo. l. j. ⁊ ff. de vi ⁊ vi arma. l. j. circa prin.
⁊ ibi not. adeo quod huic per vim ſpoliato, quaſi nulla exceptio
pōt obijci, vt ff. quod vi aut clam. l. j. §. parui. ⁊ not. per Dyn. de
regulis iuris. c. qui ad agendum. Ex predictis bene concludi-
tur quod dictus carceratus debet prius quam aliud fiat ꝓprie
libertati reſtitui, a qua fuerat ſpoliatus, ⁊ ſic debet totaliter re-
laxari. Secundo probať hoc ſic, Quando vis expulſiua, ſeu ſpo-
liatiua infertur alicui per aliquam perſonam ex his per quos
nobis acquiritur: vt per filium, ſeruum, tutorem, ⁊ ſimil. tunc in
eos datur interdictum vnde vi vtile, ſeu alia actio in eo quod ad
nos peruenit: vt ff. de vi ⁊ vi armata. l. j. §. ſi fundus. ⁊ l. ſi vi me
delecerit. ⁊ quod ibi no. C. vnde vi. l. meminerint. ſed hec vis eſt
illata per iudicem, ex cuius perſona, ſicut ⁊ cuiuſlibet officialis,
nobis poteſt queri: vt ff. rem pu. ſal. fo. l. non quaſi. circa princi.
de mag. conue. l. j. §. exigere. de adop. l. non enim. ⁊ C. quādo mu
lier tut. offic. fun. poteſt. authēt. matri ⁊ auie. ⁊ ibi not. Item ex
alia violentia facta per iudicem ad illum creditorem peruenit
illa prima detentio, que primo fuit per eum facta: ergo contra il
lum creditorem poteſt agi, vt reſtituatur priſtine libertati, ⁊ ſic
dictus Lapus ſit a carceribus totaliter relaxandus. Tertio
probo ſic, Vna ex regulis interdictorum eſt, quod interdicta li-
cet ſunt perſonalia, tamen ſunt in rem ſcripta. vt competant nō
ſolum contra eum qui fecit, ſed contra omnem poſſidentem, vt
ff. de interdic. l. j. §. penultimo. ⁊ no. C. de interdic. l. incerti. in gl.
vltima. ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. antepenultimo. quod vi
aut clam. l. competit. §. fina. de operis noui nunciatio. l. penulti-
ma. in fine. Sed ad iſtum creditorē peruenit detentio iſtius La
pi propria libertate ſpoliati: ergo contra eum dabitur interdi-
ctum de libe. homine exhib. vel quodcunque aliud quod ad hoc
dicat competere, ⁊ ſic erit a carceribus totaliter abſoluendus.
2 † Quarto probať ſic. Quoties quis adminiculo, ⁊ actione alte
rius vtitur, vti debet cum ſua cauſa, cum ſuiſq̃z vitijs. l. Pom-
ponius. §. cum quis vtitur. de acquiren. poſſeſſio. de re iudicat.
l. in omnibus. §. non debet. ⁊ l. quod ipſis. ⁊ ſpecialiter vitia rea
lia, ⁊ res furtiua, ⁊ vi abrepta, vt Inſtit. de vſucap. §. furtiue. ff.
de vſucap. l. ſequiť. §. quod autem. vi bono. rapto. l. fi. C. de furt.
l. ſi abducta. C. de acquirē. poſſeſ. l. vitia. ⁊ ibi not. ſed iſte credi-
tor vtitur actione prioris capture, ⁊ incarcerationis, quia niſi
Lapus fuiſſet ibi immiſſus non potuiſſet ibi recommendari: er
go vtatur cum ſuis vitijs, vt ſic relaxetur ex vigore ſecunde re
commendationis, ſicut venit relaxandus ex primo, maxime cuꝫ
iſtud vitium eſt reale: cum per vim fuerit libertate priuatus.
Quinto probatur ſic. Quando fundamentū venit deſtruendū,
q̄ꝛ iniuſte edificatū eſt, venit deſtruēdum quicquid ſuperedifica
tur, vt ff. de aqua pluuia arcenda. l. Atheius. §. fina. cum l. ſeq.
de exceptio. rei iudica. l. egi. ⁊ quod dicitur de libello, ⁊ lit. conte.
que ſunt fundamēta iudicij, que ſi ſint male concepta, totum iu
dicium deſtruitur. vt C. de lit. conteſta. authentica, offeratur. ⁊
C. de ſentētijs. l. prolatam. de accuſatio. l. libellorum. §. j. ſi mēſor
falſum modum dixerit. l. j. §. j. C. qui legit. perſon. l. momētanee.
ſed in queſtione noſtra fundamentum totius negotij eſt prima
captura: atqui incarceratio, ⁊ tale fundamentum venit deſtruē
dum, igitur quicquid: eſt ſupra edificatum, ⁊ ſic ſecunda recom-
mendatio: vnde dictus Lapus venit totaliter relaxandus.
Sexto idem probatur per illud generale. Quoties aliquid fit
contra ius, non valet, nec ipſum, nec quod ſequitur ob id, vel ex
eo, vt C. de legi. l. non dubium. de pac. l. pacta que cōtra. de fide-
iuſ. l. cum lex. in fine. ſed iſta prima captura ⁊ incarceratio fuit
facta contra ius, ⁊ ex ea ſeu ob eam ſecuta eſt ſecunda recommē
datio: ergo recommendatio nulla, ⁊ ſic dictus Lapus erit a car
3 ceribus totaliter relaxandus. † Septimo probatur ſic, Certum
eſt quod aliquem capi, duci, ⁊ poni in carceribus, diciť vocatio
in ius ⁊ appellať citatio realis, vt ff. de in ius vocan. l. pleriq̃z.
⁊ l. ſequē. ⁊ l. ſi is. ⁊ ibi no. C. quomodo ⁊ quando iudex. l. conſen
taneum. ⁊ in authentica de exhib. ⁊ intro. re. §. ſi vero. ſed ille. q
pro vna cauſa habet neceſſe certo loco ſtare, ⁊ ſtare non poteſt,
pro alia capi, ⁊ in ius vocari non pōt, vt ff. de in ius vocan. l. ij.
in fine. Cum ergo iſte Lapus haberet neceſſe, vt coactus ſtaret
certo loco ex cauſa prime captionis ⁊ incarcerationis, per ſecū-
dum creditorem non potuit capi, ⁊ incarceribus recommenda
4 ri, ⁊ ſic debet totaliter priſtine libertati reſtitui. † Octauo ꝓba-
tur ſic. In his que ſunt inſeparabilia, vtile per inutile vitiatur
vt ff. de aqua quotidiana ⁊ eſti. l. j. §. itē queritur. ⁊ §. Trebati⁹.
de arbitris. l. Pedius. not. in l. pecunie fenebris. ff. de vſuris. C.
de agricolis ⁊ cenſit. l. quemadmodum. li. xj. ⁊ ibi not. ⁊ per Dy
num in c. vtile. extra de regulis iuris. lib. vj. Sed in caſu noſtro
ſecunda recommendatio non poteſt ſeparari a prima captura,
⁊ carceratione inutili, q̄ꝛ ſi prima recommēdatio non potuiſſet
fieri: ergo ſecunda recommendatio propter primam inutilē vi-
tiabitur, ⁊ ſic Lapus erit totaliter relaxandus. Nono ſic ꝓba-
tur, Commētarienſis, ſeu cuſtos carceris eſt quidam depoſita-
rius carceratarum ꝑſonarum, quod patet, quia ſicut depoſita-
rio rei committitur cuſtodia. ff. depoſiti. l. j. in princip. ita Com-
mentariēſi, ⁊ cuſtodi carcerum committitur cuſtodia perſona-
rū. C. de cuſtodia reorum. l. ad commentarienſem. ⁊ l. fin. ⁊ ff. eo.
l. milites. ⁊ l. fin. ſed per denunciationem, ſeu ſequeſtrationem fa
ctam depoſitario non debet interdici depoſiti reſtitutio. C. de-
poſiti. l. penultima. ⁊ in auth. iam cautum. ibi poſita, ſumpta eſt
ex cor. de depoſi. §. j. maxime q̄ꝛ ibi dicitur, quod non pōt inter-
dici officiali publico pars adminiſtrationis. Ad iſtud ergo in
propoſito per recommendationem poſtea factam non potuit
Commentarienſi interdici quin eum reſtituat priſtine libertati,
ſi ex prima cauſa carcerationis venit liberandus, ⁊ ſic dict⁹ La
pus venit totaliter abſoluendus. Decimo probatur per legem
ſpecialem, videtur caſus ff. de bon. autho. iudi. poſſ. l. cū vnus,
verſic. plane. nam ſi res eſt capta pignori iuſſu iudicis per vnū
ex creditoribus, omnes alij poſſunt ire in poſſeſſionem, tamen ſi
prima captura non valuit: q̄ꝛ primus non erat creditor, etiam ſi
aliqui qui non ſunt creditores, intrent in poſſeſſionem, nihil va
lebit. Ita in propoſito captio, ⁊ carceratio perſone eſt loco pi-
gnoris, ſi non valet prima captura, ⁊ carceratio, non valebit
etiam ſecunda recommendatio: ⁊ ſic dictus Lapus erit rela-
xandus.

**Econtra,** qđ pro debito dicti creditoris debeat in car
ceribus remanere, probatur alijs decē ra
5 tionibus. † Primo probatur ſic. Nam interdictum [b] quod da-
b tur ſpoliatis pro recuperanda poſſeſſione eſt, vt non detur niſi
contra ipſum ſpoliantem, vt ff. de vi ⁊ vi armata. l. cum a te. facit
ff. de acquirenda poſſeſſione. l. fina. ⁊ vti poſſi. l. j. ſed iſte Lapus
fuit ſpoliatus libertate ſua non per iſtū creditorem, qui ſecun-
do fecit recommendari eum, ſed per primam capturam, ⁊ carce
rationem, igitur contra iſtum creditorem non poteſt agi, vt re-
ſtituatur ſue libertati, ⁊ ſic pro eius debito iſte Lap⁹ debet in
carceribus remanere. Secundo probatur ſic, Quando ad vnū
putatiuum creditorem aliquid de bonis creditoris peruenit in
debite, ⁊ iniuſte, alius qui vere debitor eſt, poteſt agere contra
ipſum putatiuum creditoreꝫ, ⁊ facere ſibi reſtitui antequā ipſi
debitori reddatur, vt ff. de condictio. indebi. l. tutores. de bo. au-
thorita. iudic. poſſ. l. ſi non expedierit. §. fin. ⁊ ibi not. in glo. fin.
C. de iure deliber. l. ſcimus. §. licentia. Sed in q̃ſtione noſtra ad
primum qui fecit Lapum capi peruenit detentio perſone ipſi⁹
indebite, ⁊ iniuſte: ergo ſecundus, qui vere eſt creditor, potuit li
cite illam detentionem facere in ſe tranferri, antequam reſti-
tuatur Lapus priſtine libertati, ⁊ ſic debebit. in carcerib⁹ pro
debito remanere. Tertio probatur ſic, Quando vnus actus
venit ad preparationem alterius, licet ille actus non ſit iuridi-
ce factus, nec proſit facientibus, tamen alijs vere ius habenti-
bus prodeſſe poterit, vt ff. de inofficioſo teſtamen. l. poſthumus
§. ſi quis ex his. Ita in propoſito, licet prima captura ⁊ incarce
ratio fuerit iniuſte facta, tamen quia eſt quoddam preparato-
rium ad recommendationem proderit alijs creditoribus ve-
re ius habentibus, vt ibi poſſent facere recommendationem
⁊ ſic debeat Lapus in carceribus remanere. † Quarto proba-
tur ſic. Licet initium captionis ſeu ipſa captura ſit inutilis, ⁊
inefficax in perſona vnius, tamen poteſt eſſe preparatio vtilis ⁊
efficax apprehenſionis in perſona alterius, vt ff. de acquirendo
rerum dominio. l. naturalem. §. illud. ⁊ l. in laqueum. ⁊ quod
ibi not. ⁊ Inſtituti. de rerum diuiſione. §. illud queſitum. Ita in
propoſito, licet captura, ⁊ carceratio prima ſit inutilis, tamen
poteſt eſſe preparatio ſecunde recommendationis vtilis, ⁊ effi
cax, ⁊ ſic iſte Lapus debeat in carcerib⁹ remanere. Quinto pro
batur ſic. Regula eſt, quod illud non preſtat impedimentū, q̄
de iure non ſortitur effectum, vt ff. de conditio. ⁊ demōſtratio. l.
hec conditio, quando dies leg. ced. l. penultim. ⁊ de regulis iur.
cap. non preſtat. ⁊ ibi per Dy. ſic inutilis ſententia non eſt im-
pedimento, quin alia feratur, vt C. quomodo ⁊ q̄n iudex. l. ſi
preſes. de ſenten. ex breuicu. recitan. l. ij. de ſentent. ⁊ interlocut.
om. iud. l. j. de ſenten. que ſine certa quantita. l. fin. ſic ſtipula tio
inutilis non impedit actionem naſci ex numeratione vtili, vt ff.
ſi certum petatur. l. certi condictio. §. quoniam. de verb. obliga
tioni. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. Ita in propoſito, pri-
ma captura, ⁊ carceratio inutilis, nō preſtat impedimentuꝫ ſe-

eunde recõmendationi vtiliter fiende, ꝛ ſic Lapus debet in car
f ceribus remanere. † Sexto ꝓbatur ſic, Actus naturalis etiam
per violētiam factus, per quem aliquis impeditur ne locuplete
tur cum aliena iactura, licet non pꝛoſit facienti, tñ pꝛodeſt alijs
in interruptione pꝛeſcriptionis, ſi aliquis per vim de fundo ex
pellitur, vt ff. de vſucap. l. naturaliter. ꝛ no. C. de pꝛeſcrip. xxx. vel
xl. annoꝝ. l. ſi quis emptionis. §. qđ ſi quis eam. ſed iſta pꝛima
captura, ꝛ carceratio operat̃, vt iſte Lapus locupletet̃ cum alie
na iactura, effugiēdo debiti ſolutionē: ergo licet nõ pꝛoſit pꝛimo
facienti, pꝛoſit alij, ꝛ ſic Lapus in carceribus remaneat. Septi
mo pꝛobatur ſic. Quando ex facto vnius tertij aliquis damnifi
catur, ꝛ alteri commodũ acquiritur, ille qui eſt damnificatꝰ, pꝛi
mo debet agere cõtra illum tertium, quam contra eum, cui com
modũ acquiritur, vt de eo per quē factum eſt. l. j. in pꝛin. ſi quis
cautio. l. ij. in fi. cum l. ſequēti. ꝛ ꝙ no. C. de inſti. ꝛ ſubſti. l. j. de cõ
di. ꝛ demon. l. in teſtamēto ita erat ſcriptum. Cũ igitur iſte La
pus fuerit pꝛiuatus ſua libertate occaſione pꝛime capture, pꝛiꝰ
debet agere ad ſuum intereſſe contra eum, qui fuit authoꝛ pꝛi
me capture, nõ autē debet venire cõtra iſtum creditoꝛē, niſi in
ſubſidium, vt dictis legibus, ſic debet in carceribus remanere.
g † Octauo pꝛobatur ſic. Quando debitoꝛis fuga iuſte timetur,
debet capi, ꝛ detineri, lꝫ alias fieri non poſſet: vt ff. que in frau
dem credito. l. ait pꝛetoꝛ. §. ſi debitoꝛē. in auth. vt iudi. ſine quo
quo ſuffra. §. neceſſitatē. ꝛ ꝙ no. Inſti. de actio. in pꝛin. in gl. ſup
verbo, in iudic. ꝛ qđ no. C. de ferijs. l. dies feſtos. in ij. gl. in vſib.
feud. de pace iura. firman. c. j. §. j. gl. ſuper verbo, poteſtatem. ſed
hic iuſte timet̃ de receſſu iſtiꝰ Lapi qđ patet in themate que
ſtionis, qꝛ ante habebat ius faciendi capi, ꝛ detineri: ergo poſi
to qđ alias non poſſet detineri hoc caſu poſſit, ꝛ ſic Lapus de
bet in carceribus remanere. Nono pꝛobatur, Commētarienſis
ſeu cuſtos carceris eſt vt depoſitarius, vt dictũ eſt ſ. in ix. ratio
ne facta pꝛo parte contraria, ſed alio agēte legitime, ꝛ pꝛobāte
legitime de iure ſuo, interdicitur depoſiti reſtitutio, vt ff. depoſi
ti. l. bona fides. ꝛ qđ ibi no. C. depoſi. authē. ſed iam. in caſu no
ſtro: qui legitime habet ius faciendi capi, ꝛ in carceribus deti
neri, vt eſt pꝛopoſitũ, licite potuit cuſtodi carceris interdicere
depoſite perſone reſtitutionē, ꝛ ſic Lapus debet in carceribus
remanere. Decimo ꝛ vltimo pꝛobatur ſic, ꝑ legem vbi videt̃ ſic
caſus expꝛeſſus ff. ꝙ met. cauſa. l. fina. in fin. vbi dicitur ſic, ꝙ eſti
matio que eſt facta ꝑ nuncios authoꝛitate iudicis, lꝫ indebite,
tamen ſi in veritate id qđ ſolutum eſt, debite debeat̃, non cõpe
tit repetitio. Ita in pꝛopoſito, licet iſte Lapus fuerit̃ indebite
carceratus, tamen iſte creditoꝛ qui fecit eum recommendari, in
veritate habet ius faciendi eum capi, ꝛ ſic non poterit repeti, vt
reſtituatur ſue libertati, ꝛ ſic debet in carceribus remanere.

## ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Lapus. De iſta queſtione meminit Bart. in l. ij. §. fi.
in fine. ff. de cuſtodia reoꝝ. ꝛ in l. qui de crimine. ver. venio ad
finem. C. de accuſatio. ꝛ in conſi. ccxxj. in fine, inci. an poſitus. in
j. vol. ꝛ de iſta queſtione vide etiam Bart. in l. ſed eximēdi. §. itē
ſi quis. ꝛ ibi Pau. de ca. ff. ne quis eum qui. cum cõcoꝛd. de qui
bus per dñm Iaſ. ibi, quam legit ſub. l. j. §. qđ pꝛetoꝛ. eo. tit. Et
vide Alexandrũ in l. ſi finita. in pꝛinc. ff. de damno infect. ꝛ in l.
legata inutiliter. ff. de legatis j. ꝛ Ang. de Are. in §. fin. Inſti. de
actio. Bald. in conſil. cxvij. in ij. volu. ꝛ an per dationē fideiuſſo
ris videatur Lapus tacite confeſſus ſe fuiſſe bene captum ꝛ ta
cite appꝛobaſſe capturam, vide per dominum Ioannē Bapti
ſtam Seue. in ſuo tractatu, de debi. fugi. in penultima queſtio
ne, vbi plene examinat.

b ¶ Nam interdictum. Vide Pau. de ca. in conſi. xxxix.

1 ☞ Debitoꝛ an ad petitionem alterius creditoꝛis, qui ſecundo
fecit recommendari, poſſit detineri.

2 Tutoꝛ in delictis quantum ad pupillarem reputatur extra
neus.

3 Recommendatus ex vna cauſa non poteſt citari ſeu recommē
dari ex alia ſi per hoc proceſſus pꝛimus impediretur.

## Solutio.

Domini noſtri Ieſu Chꝛiſti noīe inuoca
to, ſalua ſentētia cuiuſlibet Doctoꝛis ad
uocati, ſiue ſcholaris, qui melioꝛibus rõnibus moueret̃, in que
ſtione pꝛeſenti, vr̃ mihi aduertēdum, qꝛ queſtio generaliter pꝛo
ponitur, ꝙ pꝛima captura, ꝛ incarceratio fuit facta indebite, ꝛ
iniuſte, nec declaratur qualiter. Itē non declarat̃ vtrum pꝛima
captura fuerit ad petitionē eiuſdem creditoꝛis, qui pꝛimo fecit
recommēdari, vel alterius. Et ideo, vt omnia clare liqueant, opꝫ
diſtinguere. Aut enĩ pꝛima captura fuit facta idebite, ꝛ iniuſte,
qꝛ fuit captus extra territoꝛiũ iudicis, ꝛ ductus ꝛ carceratus
in ciuitate, in qua non habebat domiciliũ, ꝛ tũc in carceribus
ad petitionē eiuſdē, vel alterius creditoꝛis non poterit recõmē
dari, qꝛ etiā ſi iuſte fuiſſet ductus, haberet ius reuocādi domũ,
vt l. ij. §. legatis. cum §. ſeq. ff. de iudi. Sed ſi eſſet de caſibus, in q
bus non haberet ius reuocandi domũ, dic, vt infra dicā in alijs
mēbꝛis. Quod autem in territoꝛio alterius indebite capiat̃, pꝛo
batur expꝛeſſe ff. de edil. edic. l. quid ſi fugitiuus. §. item Celſus
ſcribit placere. cum gl. ſua in verb. abduci. Preterea ſi executio
realis non põt fieri in territoꝛio alterius, vt l. cũ vnus. §. is. q.
de bo. autho. iud. poſ. l. a diuo Pio. §. j. de re iudic. multo magis
non põt fieri perſonalis, ꝛ ideo qꝛ ipſe iudex non põt facere ca
pi in alterius territoꝛio, lex vult ꝙ ſcribatur iudici in cuius ter
ritoꝛio eſt, vt ipſe, cum expedit, capi faciat, vt in authen. vt nul
li iudi. §. ſi vero quis compꝛehenſoꝛum, ꝛ C. de adul. auth. ſi ve
ro criminis. Aut fuit captus, ꝛ carceratus in territoꝛio iudicā
tis, ſed alias indebite ꝛ iniuſte, ꝛ tunc aut pꝛima captura, ꝛ in
carceratio fuit facta indebite, ꝛ iīuſte reſpectu iuris partis, ad
cuius petitionem fiebat, ſꝫ reſpectu iudicis fuit iuſte, pu͞ta fuit
carceratus pꝛimo pꝛo indebito ſoluto, nec cõſtabat iudici, ꝛ ſta
tutũ ſibi pmittebat, aut ex parte iudicis pꝛime capture, ꝛ carce
rationis fuit iniuſtitia. Pꝛimo caſu, aut ius ſecunde recommē
dationis fundatur ex vi pꝛime capture ꝛ carcerationis. qꝛ alias
ius recommendandi non haberet. Exemplum. Vidi in quibuſ
dam ciuitatibus ſtatutum, quod ille qui eſt in carceribus po
ſitus pꝛo debito poſſit ibi recommendari ſine cauſe cognitione,
ꝛ poſt recommendationem cognoſcatur de iuribus debiti. Sꝫ
ſi non eſt captus, non detur licētia capiendi, niſi pꝛecedēte cau
ſe cognitione, ita eſt tenoꝛ ſtatuti, ꝛ iſto caſu ſecũda recommen
datio aſſumit vigoꝛem a pꝛima carceratione, ꝛ ideo cum pꝛimo
non fuerit creditoꝛ nec etiam ſecunda valet, ſiue ſit idem credi
toꝛ, ſiue alius, hic eſt caſus. ff. de bo. auth. iudi. poſſi. l. cum vnꝰ.
circa pꝛincip. in verſicu. plane ſi is. Aut ſecunda recommenda
tio non capit vim a pꝛima captura, ꝛ carceratione, quia ante
per ſe ius habebat faciendi capi, ꝛ detineri, tunc ſecunda recom
mendatio valet, ꝛ pꝛo ſecunda debet in carceribus remanere ſi
ue ad petitionem eiuſdem creditoꝛis, ſiue alterius. Iſtud pꝛo
batur per caſum recte intelligendo ſecundum quod docto. in
telligunt. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. vi exi. l. ſed eximendi.
§. item ſi quis. vbi dicitur quod ſi ille qui per calumniam duce
batur, fuit exemptus, eximens tenetur actione in factum, ex il
lo edicto, quod datur etiam inquantum in litem iurabitur in
tereſſe, ſed pꝛo illa cauſa, pꝛo qua faciebat eum citari per calum
niam non poteſt iurare qꝛ ſua non intereſt. Opoꝛtet ergo de ne
ceſſitate poni quod ſua intereſt. ideo, quia per aliam cauſam eũ
fecit detineri. Et ita intelligunt Iacob. de Rauen. ꝛ Iaco. Bu.
vt ipſe refert in lectu. ſua Inſtit. de actio. §. penales. Preterea
hoc caſu nulla commiſſa eſt ibi violentia, per quam poſſit dice
re ſe ſpoliatum. Nam iudex quantum eſt in ſe facit legitime, ꝛ iu
ris executio non habet in ſe iniuriam. l. iniuriarũ. §. j. ff. de iniu.
ꝛ quod vis non ſit commiſſa, eſt expꝛeſſum ff. de reg. iur. l. factũ
cuiqꝫ. §. non videtur. ſed hic eſt ſolũ dolus ex parte eius q fecit
eũ capi, cuius occaſione põt conueniri actione iniuriarum, vt
d. l. iniuriarum. §. ſi quis in honoꝛibus. verſi. ergo ſi quis per in
iuriā. Sed natura ſimplicis doli eſt, vt non egrediat̃ pſonam cõ
mittentis. vt l. ij. §. j. de doli exceptio. l. apud Celſum. §. fi. cum
ꝛ ſic patet quod ſi alius poſtea fecit recommendari ſibi nõ no
cet dolus, ꝛ calumnia pꝛimi. ¶ Item natura ſimplicis doli
eſt, vt in eadem perſona purgetur noua extrinſeca ſuperuenien
te cauſa iuſta. l. non ſolum. §. quod vulgo. ff. de vſucapio. de ac
poſſeſ. l. qui bona. §. j. C. eod. l. cum nemo. ſed in caſu ꝓpoſito,
noua recommendatione ſuperuenit ipſi creditoꝛi noua iuſta
cauſa retinendi, ergo etiam pꝛo eo poteſt in carceribus remane
re. Preterea interdicto de lib. homi. exhi. non tenetur qui deti
net ſine dolo, vt ff. de lib. hom. exhib. l. iij. §. ſi cum quis. ꝛ §. ſequ.
ſed hic ſiue ſit idem ſiue alius, detinet ſine dolo, quia dolus eſt
purgatus, ergo, ꝛc. ¶ Secundo caſu quando ex parte iudicis
ſeu executoꝛis ſue familie fiat iniuſtitia, vt puta quia fuit extra
ctus de domo, vel de eccleſia, vel quia fuit captus tempoꝛe quo
non poterat, iſto caſu non fuit dolus purus, ſed violentia, vt di
cit ex text. in l. plerique. in fine. ff. de in ius vocando. ꝛ poteſt di
ci quod talis carceratus per vim ſpoliatus eſt ſua libertate, vt
ff. de libero homi. exhib. l. j. ꝛ ſecunda. ꝛ ideo iſto caſu eſt aduer
tendum. ſi quidem iſta talis violentia cadit in vim compulſi
uam, vt quia talis captus ꝛ carceratus huic carcerationi con
ſentit quod apparet multoties, quia dant Commentarienſi
cautionem de non recedendo, vt ſtaret habilius in carceribus,
vel quocunque alio modo de conſenſu carcerati appareat,
licet per violentiam, ꝛ tunc tam ad petitionem alterius cre
ditoꝛis ius habentis, quam ad petitionem eiuſdem ius ha
bentis ex alia cauſa poterit in carceribus recommendari, ꝛ
ibi de

ibi debet pro tali debito remanere.caſus eſt.ff.quod metus cau-
ſa.l.finali.in fine,vt ſi illud quod eſt indebitum peruenit ad me
per violentiam compulſiuam factam ab officialibus nõ debeat
aduocari,ſed iſtud ius detinendi talem debitorem pro debito
mihi competebat: ergo ſi detentio ad me peruenit, non aduo-
cabitur,⁊ hoc ideo: quia natura actionis, per quam quis re-
ſtituitur aduerſus vim compulſiuam,hec eſt,vt ſolum dannũ
proſequatur,vt ff.quod metus cauſa.l.ſed ⁊ partus.§.final.vbi
etiam videtur caſus,licet hic non eſt damnificatus: quia iſtud
ius detinendi erat debitum huic creditori: ergo, ⁊c.Si vero
a talis violentia cadit in aliam vim ſpoliatiuam,tunc ad petitio-
nem eiuſdem,qui eum primo capi fecit pro alio debito, ſine du-
bio non poterit detineri,quia ſpoliatus ſua libertate ante om-
nia reſtituendus eſt,nec vlla iuſta exceptio poteſt opponi qua-
re nõ reſtituatur.l.ij.C.ſi per vim vel alio modo.ad legem Iuli.
de vi.l.ſi quis ad ſe fundum.ff.quod vi aut clam.l.j.§.p vim.not.
de vi ⁊ vi armata.l.j.per Dynum,de regulis iuris capit.qui ad
agendum.libro vj.Preterea hoc videtur expreſſum in detentio
nem liberi hominis.ff.de probationibus.l.ſi quis liberum.C.eo
dem.l.vis eius.facit ff.de libera.cauſa.l.liberis.§.finali.ff.de ac-
a quirendo rerum dominio.l.nemo ſeruum. ¶ † Sed ſi queri-
tur an ad petitionem alterius creditoris,qui ſecundo fecit re-
commendari poſſit detineri,hoc eſt dubium:quia videtur,quod
iſtud iudicium recuperande libertatis,qua priuatus eſt detur
ſolum contra primum non contra ſecundum,per l.cum te.de vi
⁊ vi armata.⁊ ſupra dictum eſt,tamen dico,quod debet relaxa-
ri,⁊ priſtine libertati reſtitui ante omnia,⁊ ſic nõ poteſt pro a-
lio recommendari ⁊ retineri,quanquam alius habeat ius in eũ.
Nam quando aliquis ſpoliatus eſt per aliquam perſonam,ex
cuius facto poteſt nobis queri,in eo quod ad nos peruenit,te-
nemur interdicto vñ vi,vel alio iudicio reſtitutorio,ſicut ſi ſpo-
liatio facta eſſet per noſmetipſos,vt ff.de vi ⁊ vi arma.l.j.§.deie-
ciſſe.⁊ §.ſequenti.⁊ §.ſi filius.⁊ l.ſi vi me.⁊ quod ibi no.eod.tit.
ſed iſta violentia illata eſt per iudicem ⁊ officiales,ex cuius fa-
cto poteſt nobis queri,vt l.non quaſi.rem pup.ſal.fo.⁊ de mag.
conuen.l.j.§.exigere.C.quando mul.tu.off.fun.poteſt.auth.ma-
tri ⁊ auie.⁊ quod ibi no,ſed ſi ipſe,qui modo detinet,feciſſet ſic
ſpoliari,nullam iuſtam exceptionem poſſet opponere,quin re-
ſtitueretur:ergo nec modo,vt ſupra dictũ eſt.Preterea de hoc
videtur caſus.C.vnde vi.l.meminerint.etiam ſpoliatione facta
a iudicis authoritate,ſicut fuit hic.†Certum eſt enim quod in de-
lictis tutor quantum ad pupillum reputatur extraneus.l.neq;
interdicto.de regulis iuris.⁊ tamen ſi tutor fecit per iudicem
ſpoliari aliquem re debita ipſi pupillo,ex qua ſpoliatione per-
uenit ad pupillum,ante omnia ipſe pupillus debet reſtitui,nec
vllam iuſtam exceptionem poteſt opponere,vt ibidem , ita hic.
Preterea de iure canonico ſpoliatus omnibus bonis vel maio-
ri parte ab vno non poterit conueniri,nec executionem pati ad
petitionem ſpoliatoris,vel alterius,niſi prius reſtituatur,vt in
cap.frequens.extra de reſtitutione ſpoliatorum.libro ſexto.er-
go multo magis eſt in eo qui ſpoliatus eſt libertate,que eſt in-
eſtimabilis.l.ſi procurator ad exhibendum.§.fin.rem ratam ha
beri.de regulis iuris.l.non eſt ſingulis.§.j.⁊ l.libertꝰ.⁊ hec ſpo-
liatio grauior eſt,quam ſpoliatio bonorũ,vt l.in ſeruorum.in fi.
de pen.Preterea lex illa,cum a te.de vi ⁊ vi armata locum ha-
bet ſolum quando petitur reſtitutio per illud interdictũ vñ vi:
ſecus,ſi alio iure agatur,quia tunc non ſolum poteſt agi cõtra
ſpoliantem,ſed cõtra quemcunq;,ad quem aliquid ex ſpoliatio
ne peruenit,propter regulam interdictorum , que eſt vt ſint in
rem ſcripta,vt l.j.§.penulti.de interdict.C.eodem.l.incerti.⁊ ne
quid in loco publico.l.ij.§.antepenultimo.⁊ quod vi aut clam.
l.competit.§.fina.cum ſimilibus.⁊ hoc aperte not.extra de re-
ſtit.ſpol.cap.ſepe.pro hoc.C.de agri.⁊ cenſi.l.ſi coloni.lib.xj.ſed
in queſtione noſtra iſte petit ſe reſtitui priſtine libertati,vel per
officium iudicis,per interdictum de lib.ho.exhib.q2 eſt conten
tio,⁊ detentio ipſius non propter ſe,ſed propter debitum,vt ff.
de lib.ho.exhib.l.iij.§.hoc autem.⁊ l.penultima.⁊ quod not.de
rei vendicatione.l.j.§.per hanc.coniuncta l.j.⁊ ij.de libero homi
ne exhibendo.†Ergo poteſt conueniri iſte tertius,ad quẽ de-
tentio peruenit,nec põt dicere quod dolo non detinet:quia eo
ipſo dolo facit quod non reſtituit eum priſtine libertati,nec vl
lam iuſtam exceptionem poteſt opponere,vt d.l.ſi coloni.vt ſu-
pra probatum eſt.Ad vnum tamen volo aduerti,quod licet ſu-
pra dixerim reſtitutionem eſſe petendam per interdictum , vel
alia remedia,hoc non intelligo,quod debeat ordinarie procedi,
ſicut in ordinarijs iudicijs, ſed hoc debet expediri ſummatim
per officium iudicis,qui illam carcerationem ſeu executionem
fecit fieri,vt l.a diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudicata.Et
iudex iſtas exceptiones expediet,ſecundum quod ius vult, in-
ſpecta natura violentie adhibite interdicti , ſeu actionis , vel
alterius iuris,quod competit huic,qui petit ſe reſtitui priſtine
libertati.Et illam executionem vult impedire, vt colligitur in
dicto §.ſi ſuper rebus.Iſta enim carceratio eſt quedam execu-
tio,ſiue fiat de iure communi,vt C.qui bon.ced.poſſ.l.j.ſiue de
iure municipali, quod ſtatuit quod publica inſtrumenta man-
dentur executioni, ⁊ ſic facit inſtrumenta habere vim ſenten-
tie.Et hoc ad preſens ſufficiat ad ſolutionem queſtionis.

¶ Reſtat vt aliqua vtilia perſtringamus ad ſolutionem con-
trariorum factorum pro vtraque parte, que diuerſis membris
dicte ſolutioni videntur obſtare.Ad argumenta facta pro pri-
ma parte, inquantum obſtant illis membris, in quibus dixi
poſſe retineri,ſic reſpondeo per ordinem. Primum, ſecundum,
⁊ tertium argumentum qualiter debeant intelligi , patet ex ſo-
lutione queſtionis.Non obſtat quartum,quia nõ vtitur actio
ne alterius,ſed ad ſe,⁊ ſuo iure detinet , ⁊ a ſe incipit,⁊ licet ad
ſecundum creditorem peruenerit detentio,que erat apud pri-
mum: tamen propter hoc non dicitur eius actione vti , vt C.de
preſcripti.long.temp.l.j.Sed tunc dicitur vti actione prima,
quando tribueret aliquid iuris,vt dictum eſt in ſolutione , ſed
hoc nil iuris tribuit ſecundo,ſed quandam facultatem,ſeu fa-
cti habilitatem.Non obſtat quintum argumentum,q2 hoc in
illis membris, quibus dixi poſſe detineri, non diſcutitur ipſa
detentio,prout facti eſt,ſed diſcutitur ius ſeu cauſa prime de-
tentionis,ſed id ius non eſt fundamentum ſecunde detentio-
nis:igitur,⁊c.Non obſtat ſextum,quia non ſequitur ex eo , vel
ob id,ſed ex nouo iure,vt dictum eſt.Vel ſi dicas ſequi ob id,ta
men in eo ceſſat cauſa prohibitiõis:ergo,⁊c.vt l.⁊ ſi.C.de pred.
minorum.Non obſtat ſeptimum argumentum, quia ille leges
loquuntur quando fit ad cognitionem,⁊ inueſtigationez alicu
ius criminis,⁊ ad cuſtodiam pendente proceſſu,quo caſu re-
commendatus ex vna cauſa non põt citari,ſeu recommenda-
ri ex alia,ſi per hoc proceſſus primus impediretur, vt not.in
dicta l.ij.de cuſtodia reorum.Sed queſtio noſtra loquitur,quã
do carceratio fit ad executionem, ſicut agitur vno creditore
miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto,alij poſſunt mitti , dicta
l.cum vnus.de bon.authorita.iudic.poſſid.⁊ l.finali.C.eodẽ.ita
recommendatus ad petitionem vnius perſone , poteſt recom-
mendari ad petitionem alterius : nec ſubeſt impedimentum
quod poſſet ſubeſſe , quando quis incarceraretur ad cognitio-
nem.Non obſtat octauum, quia hec ſola cauſa diſcutitur,que
poteſt ſeparari ad detentionem,vt dictum eſt in ſolutione quin
ti argumenti.Non obſtat nonum, quia hec pars non fecit ſim-
plicem denunciationez,ſed perfecte docuit de iure ſuo:ergo,⁊c.
vt l.bona fides.ff.depoſiti.⁊ not.in dicta authent. Non obſtat
decimum,vt dictum eſt in ſolutione queſtionis.Ad argumen-
ta facta pro alia parte inquantum obſtant illis membris, vbi
dixi non poſſe pro ſecundo debito detineri,reſpondeo. Ad pri-
mum patet reſponſio ex ſolutione queſtionis. Ad ſecundum
reſpondeo , quod verum eſt quod poteſt agere iure ordinario
non autem poteſt vti iure executiuo,ſicut nõ poteſt fieri execu-
tio contra fideiuſſorem vel contractus contra pignoruz poſſeſ
ſores. Ad tertium reſpondeo , quia in dicto §. ſi quis ex ijs. l.
poſthumus. ff. de inofficioſo teſtamento. hoc accidit propter
conſenſum eorum qui non oppoſuerunt:hic autem nullus fuit
conſenſus.Preterea ibi eſt caſus in quo ſententia facit ius
apud omnes ideo omnis eſt idoneus ſi non appellatur,ac etiaz
ibi primus actus fuit ſine violentia. Ad quartum reſpondeo,
quia ibi initium fuit licitum de iure gentium,hic fuit violentia
illicita,⁊c. Ad quintum reſpondeo, quod verum eſt quod non
preſtat impedimentum actui licite ⁊ iuridice fiendo,ſed hic nõ
fuit licite factum, niſi prius reſtituatur priſtine libertati. Ad
ſextum reſpondeo,quod licet talis violentia proſit ad impediẽ-
dum vſucapionem , ⁊ preſcriptionem , non tamen proderit vt
alius poſſit illam rẽ ſibi detinere,niſi ſpoliatus primo reſtitua-
tur,vt ſupra probatum eſt. Ad ſeptimum reſpondeo, illud ve-
rum,ſi prius eſt ſoluendo,alias ſecus:ſed hic prius non eſt ſol-
uendo,quia nõ poteſt me reſtituere libertati:ergo,⁊c. Ad octa
uum reſpondeo,tex.illarum legum videntur loqui in eo qui de-
prehenditur in ipſo actu fuge,nõ in eo de quo eſt ſuſpicio,licet
gl.⁊ Dy.dicant idem quando iuſte timetur.Poſito ergo quod
hoc ſit verum in queſtione noſtra,nõ poteſt allegari niſi ille ſpo
liatus primo reſtituatur,nec etiam illa executio eſt q̃ impediat
reſtitutionem.Ad nonum reſpondeo,quod illa lex facit contra
quia dicit quod debet agere ordinarie,non facere executionem
contra depoſitarium,ſicut fecit.Preterea hic de ſuo iure non
poteſt docere,niſi primo reſtituatur.Ad decimum, ⁊ vltimum
patet reſponſio,quod ibi fuit vis compulſiua,vt dixi in ſolutio
ne queſtionis.

¶ Diſputata fuit hec queſtio per me bart.de Saxoferrato mi
nimum inter legum Doctores.

ADDITIO.

a T.D. ¶ Si vero. Uide que ſcripſi in l. Domitian⁹. poſt Bart
ff. ad Senatuſcon. Turpil. ꝛ vide Pau. de ca. in conſi. xxxix. in
fi. qui videtur ſentire contrarium.

QVÆSTIO VII.

1 ¶ Actu vno poſito, non ſequitur poſitio alicuius contractus,
vel quaſi contractus. qui ab ipſo actu poteſt eſſe remotus.
2 Poſtquam mulier eſt nupta ſine dote, maritus non poteſt eam
compellere vt ſe dotet.
3 Patiēs aliquem aliquid facere in re ſua. ſi ille eſt talis perſona
quam iuſte reueretur, ꝛ timet, patientia non habetur pro con-
ſenſu.
4 Contractibus qui cōſenſu contrahuntur initis, lex ſemper ſub
dit actus, per quos conſenſus declaratur.
5 Peculium ſola patientia conſtituitur.
6 Contractus, qui contrahūtur conſenſu, ſola patientia ꝛ vſu vi
dentur eſſe contracti.
7 Patientia habetur pro conſenſu, vbi de commodo patientis
tractatur.
8 Cauſa alimentorum, ꝛ cauſa dotis videntur eſſe pariter fauora
biles.
9 Talis videtur eſſe affectio inter virum ꝛ vxorem, que eſt inter
patrem ꝛ filium.
10 Dos dicitur, quod datur a muliere viro propter onera matri
monij.

a MUlier [a] habens magnū patrimoniuꝫ nupſit
viro nulla dotis habita mentione, qui
vir dicti patrimonij poſſeſſionē adeptus eſt, ꝛ ex eo
fructus recollegit, ꝛ in oneribꝰ matrimonij cōuertit
vxore sciente ꝛ patiēte per plura tempora que vxor mortua eſt
in matrimonio ſine liberis, nūc vir vult retinere, ꝛ lucrari certā
partē dicti patrimonij ex vigore cōſuetudinis, ſiue ſtatuti loquē
tis, ꝙ vxore mortua ſine liberis in matrimonio, vir lucret certā
partem dotis. Queritur an poſſet? ꝛ qꝛ maritus, q vult retinere
ꝛ lucrari ſuſtinet partes rei, alij autem qui dicunt maritum non
poſſe lucrari ſuſtinēt partes actoris, ideo pro parte actoris pri
mo allegemus. Primo qd vir non poſſit retinere, nec lucrari p-
batur ſic, Ad hoc oſtendendū eſt inueſtigandum, an ex his que
propoſita ſunt dictū patrimoniū intelligatur datū in dotē, pro
batur per gl. primam. ff. de iu. do. l. mulier bona. ſic inducendo.
Certū eſt quod nos non debemus dicere, vel aſſerere quod in le
ge nō dicitur: vt C. de colla. l. illam. in auth. de trien. ꝛ ſemiſ. §. cō
ſideremus. Sed hoc nulla lege cauetur quod mulier videat bo
na ſua in dotem dare, niſi hoc ſit dictum? vt not. in d. gl. ergo, ꝛc.
1 † Secundo probatur ſic. Ad poſitionem alicuius actus non ſe
quitur poſitio alicuius contractus, vel quaſi contractus q ab
ipſo actu poteſt eſſe remotus, ꝛ ſeparatus, vt ff. de acq. her. l. pro
herede. §. j. l. Papinian⁹. §. fi. ꝛ l. cū bonis. ꝛ de ſepul. viola. l. que
ſitum. ſed in queſtione noſtra ſunt duo actus, ſcꝫ matrimoniuꝫ
ꝛ dicta adminiſtratio facta per virū. Et vterqꝫ actus pōt eſſe ſe-
paratus a contractu dotis. Nam matrimoniū poteſt eſſe ſine
dote, vt ff. de iure do. l. ij. C. de repud. l. fi. ꝛ de dona. ante nupt. l.
fina. circa princ, facit de reg. iur. l. nuptias. de dona. inter virū ꝛ
vxorem. l. cū hic ſtatus. §. ſi mulier. Item adminiſtratio poteſt
fieri per virū abſqꝫ eo quod bona ſint dotalia, ꝛ tanquā de bo-
nis paraphernalibus. l. ſi ego. §. j. ff. de iure dot. ꝛ C. de pac. con
uen. l. hac lege. ꝛ l. fi. ergo concluditur, quod ex his, que propo-
ſita ſunt bona non videant in dotem data, ꝛ ſic vir nō poſſit lu-
crari. Tertio probatur ſic. De dote ꝛ dotis augmento pariter
iudicamus: vt C. de iure do. l. etiam ſi non. ff. de pac. dot. l. inter ſo
cerum. §. cū inter. Facit de leg. j. l. ſi ex toto. in prin. cū ſimi. Sed
ego video quod ſi mulier dederit primo viro certam dotē, ꝛ poſt
ea patitur alias ſuas res adminiſtrare: non ideo videt cōcede-
re in augmentū dotis, imo remanet propriū mulieri, vt ff. ad le.
Falcid. l. penul. in princ. ꝛ d. l. ſi ego. §. dotis aūt. de iure dot. ꝛ C.
de pac. conuen. l. fin. ergo vbi nulla dos cōſtituta eſt premitten
do adminiſtrationem, nō videt dotem concedere, ꝛ ſic vir nō po
2 terit retinere, vel lucrari partē dicti p̄rimonij: ergo, ꝛc. † Quar-
to probo ſic. Certū eſt quod poſtquam mulier eſt nupta ſine do
te, maritus nō pōt eam cōpellere vt ſe dotet. in auth. de nupt. §.
ſi vero nihil teſtator dixerit. ver. nuptias. ꝛ quib. mod. nat. effi. le
git. §. quiſquis autem. facit C. de pac. conuen. l. hac lege. ꝛ de re-
pud. l. fi. ſed de iure, hoc eſt qd qui patitur aliū ingredi poſſeſſio
nem rei ſue, quā ſibi tradere nō tenet, patientia habetur pro cō
traditione: vt ff. de fur. l. q vas. §. vetare. cū ſi. no. per gl. ſup ver-
bo, vt dūm. C. de acq. poſ. l. ij. Cū ergo iſta domina nō teneatur
tradere, ergo eius patientia habet pro cōtradictione, ꝛ ſic con-
tractus dotis ex tali actu non videtur celebratus, merito ergo
vir nō poteſt retinere, neqꝫ lucrari. Quinto probo ſic, Donari
dicitur qd nullo iure cogente cōceditur: vt ff. de reg. iur. l. dona
ri. C. de dona. l. nec ignorans. Sed cū mulier nullo iure cogatur
ſibi dotē cōſtituere ſi hoc faceret, diceret quedam donatio ſeu li
beralitas. ſed mulierū genus auariſſimū eſt, nec preſumitur in
dubio liberalitatē exercere: vt ff. de don. inter vir. ꝛ vxor. l. ſi ſti-
pulata. ad fi. §. j. ad Uelle. l. ſed ſi ego. in fi. ꝛ C. de don. ante nup.
l. ſi a ſpōſo. Cōcluditur ergo ꝙ mulier ex tali patiētia nō preſu-
mitur habuiſſe animū dotis cōſtituende, ꝛ ſic vir non lucrabi-
3 tur. † Sexto probo ſic. Quando aliqs patitur aliquem aliquid
facere in re ſua, ſi ille eſt talis perſona, que iuſte reueretur, ꝛ ti-
metur, patientia non habetur pro conſenſu, vt videmus in filio,
qui patit patrem, in cuius eſt poteſtate, aliquem cōtractū in re
ſua agere, nā ſibi nō preiudicat, vt C. de bo. mater. l. j. in fi. expꝛeſ-
ſius in auth. de nupt. §. ſi vero. Sed non eſt dubium quod vxor
virum iuſte reuereatur, ꝛ timet, ergo, ꝛc. Et pro hoc videtur gl.
not. quarum rerum actio. non datur. l. j. §. que exonerande. in fi.
in gl. ſuper verb. metu ſolo. ꝛ ſic cū non ſit dos conſtituta, patet
virum non poſſe lucrari. Septimo probo ſic. Quando actꝰ ali-
quis inter aliquos celebrat, qui poteſt cadere in ſpeciem alicu-
ius nominati cōtractus, vel actus, videt eſſe nominatus cōtra-
ctus, qū eſt expreſſum inter cōtrahentes, vel colligi poteſt ex eo
rum cōſuetudine, alias iudicat contractus innominatus. ff. de
condi. ob cau. l. ſi pecuniā. in prin. ꝛ ibi no. in gl. in verb. repetet.
ꝛ allegat ff. de preſcri. ver. l. naturalis. §. at cū do. Inſtit. loca. §. j.
ſed in caſu noſtro nō fuit expreſſum quod eſſet, nec mulier habe
bat in cōſuetudine ſe dotādi, ergo non pōt dici cōtractus dotis
eſſe celebratus ſed magis erūt paraphernalia, vel cōtractꝰ in-
nominati, ſi non eſt dos, ergo vir nō poteſt lucrari, nec retinere.
Octauo probo ſic. Iſta eſt regula, qd in vno nō conceditur, in
ceteris videt eſſe pꝛhibitum, vt. C. de procura. l. maritus. ff. de cō
pen. l. qd Labeo. de cōditio. ꝛ demon. l. cū ita. §. j. cū ſi. no. in d. l.
maritus. ſed ego reperio ſolum in vno caſu permiſſum. vt dos
preſumatur tacite cōſtituta, ſcꝫ quando data fuit in primo ma
trimonio, vt in ſecundo intelligatur repetita. vt ff. de iu. do. l. do
tem que in prius. ꝛ l. diuus. ꝛ ſol. ma. l. pen. §. vxor. ergo alio ca-
ſu videtur eſſe prohibitum, ꝛ ſic hic non ſit cōſtituta dos, vt vir
4 nō poterit lucrari. † Nono probo ſic. In contractibus, qui con-
trahuntur cōſenſu, lex ſemper ſubdit actus, p quos cōſenſus de
claratur, ſcilicet per nūcium, vel per epiſtolam, vel nutu, vt ff. de
act. ꝛ obli. l. cōſenſu. de adopt. l. ſi pater naturalis. de leg. iij. l. nu-
tu. Inſtit. de obli. §. ex cōſenſu. in prin. ſed hic neutrū horum in-
teruenit, per que cōſenſus manifeſtetur, ſed ſola patientia, que
ad hoc nō ſufficit, vt probatum eſt, ergo, ꝛc. Decimo probat ſic
Tempus nō eſt modus tollēde vel inducēde obligationis. l. ob
ligationū fere. §. plꝫ. de act. ꝛ oblig. ꝛ l. cū qui ita. §. qui ita. ff. de
ver. obl. ꝛ de lega. j. l. j. nemo poteſt. Sed nō eſt dubiū qd cōtra-
ctus dotis eſt obligatoriꝰ hincinde, vt C. de rei vxo. act. l. vnica.
§. vt plenius. eſt enim ſimilis emptioni, vt ff. de acti. ꝛ oblig. l. ex
promiſſione. ergo manifeſte cōcluditur ꝙ per id quod vir poſſe
dit per plura tempora non videtur eſſe conſtitutus contractus
dotis, ꝛ ſic vir non poterit retinere. nec lucrari. ergo, ꝛc.

CONTRA Quod contractus videat eſſe celebratus
, omnia bona videantur eſſe data in dotē
vir poſſit certam partem retinere ꝛ lucrari, probatur alijs ra-
tionibus. Primo ſic, Licitum eſt in iure arguere ab authorita
te Ariſtotelis, legis, vel alterius magni authoris, vt ff. de ſolu.
l. ſi pater. de ſtatu homin. l. ſeptimo menſe. ꝛ ff. ſi pars hered. pe
tatur. l. antiqui. ſed authoritas Ariſtotelis dicit qd eo ipſo qd
mulier nubit, videtur omnia bona ſua dare in dotem, vt ipſe di
cit in Topicis, ꝛ no. per glo. ff. de iure dotium. l. mulier bona. in
princ. ergo eius authoritati ſtandū eſt, ꝛ ſic videatur dos cōſti
tuta, ꝛ ſic vir poſſit partem debitam retinere ꝛ lucrari. Secūdo
probo ſic. Cui competit diffinitio, ꝛ diffinitū, vt ff. de dolo. l. j. §.
j. de reg. iur. l. omnis diffinitio. ſed huic patrimonio cōpetit diffi
nitio dotis, vt probabo, ergo eſt dos. Quod cōpetat diffinitio
dotis, ſic probo. Dotis diffinitio hec eſt, dos ꝙ a muliere, vel ex
parte datur marito vel eius parti, propter onera matrimonij
ſuſtinenda. vt perpetuo ſit penes eum. Ita diffinit Azo in ſum-
ma de iure dotium. §. eſt aūt dos. per iura ibi allegata. Item lex
dicit, quod nomen dotis conſiſtit in iure: vt ff. de impen. in re do
ta. fa. l. quod dicitur. j. in verb. ſed dotis. in prin. in gl. que incip.
id eſt, vniuerſitatis, ſed in his que iuris ſunt, patientia habet p
traditione: vt ff. de ſerui. l. pen. ꝛ l. quoties. §. fi. de ſeruit. vrban.
predio. l. ſeruitutes. in princip. Sed hec mulier paſſa eſt, ergo
videtur tradidiſſe, ꝛ propter onera matrimonij, vt proponitur
in themate, ergo eſt dos. Pro hoc facit quod dicit, traditione
cōſtituitur dos, vt ff. de iu. dot. l. queadmodum. §. ſi traditione. ſi
ergo

ergo eſt dos,ergo maritus poterit lucrari,ꝛ retinere:ergo,ꝛc.
†Tertio probo ſic. De iure,hoc eſt,ꝙ peculium ſola patientia
5 conſtituitur,vt ff.de pecul.l.quam Tuberonis.§.ſunt quidã.ꝛ
l.non ſtatim.in prin.eod.tit.Sed dos ꝛ peculium equiparãtur,
vt d.l.ꝙ dicitur.ff.de impen.in prin.ꝛ ibi no.in d.glo.id eſt vni-
uerſitatis:ergo ipſa dos poteſt conſtitui patientia.Cum igitur
hic patientia mulieris interuenit,dicendum eſt dotem conſtitu
tam eſſe,ꝛ iure poſſe retinere ꝛ lucrari partẽ dicti matrimonij.
6 †Quarto probo ſic,Contractus qui contrahũtur conſenſu,ſo
la patientia,ꝛ vſu vidẽtur eſſe contracti.Hoc videmus in loca-
tione ꝛ conductione.ff.loca.l.item queritur.§.qui impleto.ꝛ l.
cum in plures.§.locator.ꝛ C.eod.l.legem.ſed cõtractus dotis ſo
lo conſenſu conſtituitur,vt C.de dotis promiſſione.l.ad exactio
nem.de rei vxo.ac.l.j.in prin.§.j.ergo videt̃ in caſu noſtro taci-
te conſtituta,maxime fauore dotis,pro qua in ambiguis inter-
pretari debemus,ꝛ in cauſa conſtituende.ff.de iure dot.l.an am
biguis.ꝛ ſol.ma.l.j.ꝛ ibi no.ſic ergo poterit aut retinere,aut lu-
7 crari.†Quinto probatur ſic.Patientia habetur pro conſenſu,
vbi de commodo patiẽtis tractatur.ff.mand.l.remunerandi.§.
ſi paſſus.eod.tit.l.qui patitur.ꝛ ibi no.Sed ꝙ hec dos intelli-
gatur cõſtituta,eſt commodum mulieris ex pluribus rõnibus.
Primo quia melius a ſuo viro tractabitur,ſi eſt dotata quã ſi eſ-
ſet indotata,ꝛ non ita de facili repelletur,vt in auth.de nupt.§.
ſic itaqꝫ.ver.ſi quis eñ.ꝛ no.ff.ſo.ma.l.j.Item in alio quia dos nõ
poterit alienari,nec preſcribi,vt in ti.de fun.dotali.ꝛ de rei vxo.
actio.l.vnica.§.cum lex.ꝛ propter ipſius delictum non publica
retur,niſi in caſibus,vt ff.de bonis damnatorũ.l.quinqꝫ legibꝰ
ergo videt̃ conſentire,ꝛ ſic dos conſtituta,ꝛ ſic vir poterit retine
re,ꝛ lucrari.Sexto probo ſic.Acceſſorium regulatur ſm natu-
ram ſui principalis,vt C.per quas perſo.no.acqui.l.ij.ff.de vſu
cap.l.eum qui.de pecu.l.j.ꝛ ij.ff.de reg.iur.l.cũ principalis.extra
de reg.iur.c.acceſſoriũ.ſed dos eſt acceſſoria ad matrimonium,
cum ſine eo eſſe non poſſit,vt C.de don.ante nupt.l.fi.§.j.de ritu
nup.l.inceſte.ꝛ de iure do.l.iij.ergo dos limitatur ꝛ regulat̃ ſm
regulas matrimonij,ꝙ ſolo conſenſu libere mulieris contrahit̃.
ff.de ritu nup.l.in libere.ꝛ de cõcubinis.l.in concubinatu.ergo
dos ſolo vſu cõſtituitur:ꝛ ſic hoc caſu patrimoniũ eſt dos,ꝛ vir
poterit lucrari partẽ.Septimo probatur ſic,Promiſſio.ſtipula
tio,ꝛ ſolutio equiparantur,vt ff.de dona.l.ſi patronus.§.j.C.ad
leg.Falcid.l.fi.ꝛ ff.de calũniatoribus.l.iij.§.hoc edicto.ſed in ſti
pulatione,hoc eſt quod ſtipulatio ſimpliciter facta nõ adiecta
cauſa ex cã dotis intelligitur,vt ff.de iure dotiũ.l.ſtipulatio.cũ
l.ſeq.que incipit,ꝙ autem:ergo idem erit in iſta patientia que
habetur pro traditione:vt intelligatur ex cã dotis:licet non ſit
8 expreſſam,ꝛ ſi vir poterit retinere,ꝛ lucrari,ꝛc.† Octaua pro-
batur ſic,Cauſa alimentorum ꝛ cauſa dotis videntur eſſe pari-
ter fauorabiles in modo conſtituendi,ꝙ patet:quia valet promiſ
ſio dotis incerte:vt ff.de iure do.l.cũ poſt.§.gener.C.de dotis ꝓ
miſ.l.j.ꝛ ibi no.Sed preſtatio per trienniũ in alimentis inducit
obligationem.l.j.C.de fideicom.ꝛ ff.de vſur.l.cum de in rẽ ver-
ſo.ergo dos per curſum triennij intelligitur legitime conſtitu-
ta,ſed ex themate propoſito apparet,ꝙ talis mulier paſſa fuit
vltra trienniũ,ꝙ patet quia dixit per plura tempora.Nam cũ di-
co,tempora,intelligitur de duobus annis.C.de vſuris.l.vſure.ꝛ
ibi no.ergo vt additio plura operetur,intelligitur vltra trien-
9 niũ,ꝛ ſic videtur dos conſtituta,ꝛ poterit lucrari.†Nono pro-
bo ſic,Talis videtur eſſe affectio inter virum ꝛ vxorem que eſt
inter patrem ꝛ filium,vt ff.de lib.hom.exhib.l.j.in fin.ꝛ l.ſeq.de
iniurijs.l.j.ſed in patre,hoc eſt,quod ex ſua patiẽtia poſſidẽdi
preſumitur filio donare,vt C.de bon.que lib.l.cũ oportet.§.ſin
autem res ſibi.ꝛ C.ſi quis alteri vel ſibi.l.ij.ff.de dona.l.donatio
nes.§.pater.ergo hoc caſu ratione tante affectionis preſumitur
mulierẽ paſſam eſſe virũ poſſidere ratione dotis,ꝛ ſic poterit re
10 tinere ꝛ lucrari.†Decimo probo ſic.Id quod datur a muliere
viro propter onera matrimonij,dicitur dos vt oſtenſum eſt ſu-
pra in ſecunda ratione,ſed inſtrumenta fundi dicũtur eſſe dos
fundi,vt C.ad leg.Falci.l.ſi prediorum.ff.de fideiuſ.l.amiſſi rui-
na.§.fideiuſſores.ꝛ de fun.inſtru.ꝛ inſtr.leg.l.ij.§.dotes predio-
rum.ꝛ ibi no.ſed inſtrumentũ quaſi dos fundi conſtituitur ex
ſolo vſu eo ipſo quod paterfamilias patitur inſtrumentum eſſe
ad vſum talis fundi,vt ff.de fun.inſtruc.l.inſtrumenta.ꝛ l.ſeq.ꝛ
l.queſitum.in princ.ꝛ per totum:ergo ꝛ hoc caſu dos conſtitui
tur patientia ſola,ꝛ ſic vir poterit retinere ꝛ lucrari.

ADDITIO.

a Tho.D.C.Mulier.Alias incipit quedam mulier,ꝛ ita eſt iſta
diſputatio manu ſcripta in lib.x.conſi.ꝛ vide no.conſi.Bart.in
conſi.cxxvij.incip.factum eſt tale mulier.in ij.vol.ꝛ pro conſil.
Bar.alleg.Alex.iſtam diſputationem in l.ſi vero.§.penulti.in
fi.ff.ſol.mat.ꝛ de iſta diſputatione meminit etiam Bar.in l.que
dotis.ff.ſol.ma.ꝛ ibi vide apoſtil.in verbo.patrimoniũ.ꝛ Alex.
in l.minor.in addi.Bar.C.commu.diuidũ.l.ꝙ autem.ff.de iure
dot.ꝛ Alex.in l.ſepe.ff.de re iudic.ꝛ vide Pau.de caſt.in authẽ.
preterea.ꝛ ibi vide Iaſ.ꝛ Phil.Deciũ.C.vnde vir ꝛ vxor.ꝛ ad-
de quod aliquas dubitationes Bar.hic iſta diſputatiõe ſoluit
Bal.in l.nulla.C.de ſenten.que ſine certa quanti.ꝛ in auth.res
que.C.commu.de leg.in d.l.penulti.§.vxor.ſoluto matrimo.ꝛ vi
de Lud.Ro.conſi.cccxiiij.inci.in caſu propoſito conſultationi.
in princ.vbi per iſta dicta Bar.conſuluit,vt ibi per ipſum.

1 ☞ Dos conſtitui,an ex patientia videatur.
2 Titulus,an ex patientia cum curſu temporis preſumatur.

**Solutio.** Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti inuo
cato,ſalua ſñia cuiuſlibet doctoris,aduoca
ti,ſiue ſcholaris qui melioribus rationibus moueret̃,mihi vi-
detur,quod queſtio noſtra habeat tria puncta. Primũ,an eo
ipſo,quod matrimonium eſt contractũ,mulier omnia bona ſua
videatur dediſſe in dotem,ſi aliud non agatur.Secũdum,poſi-
to quod matrimoniũ non ſufficeret,an ex patientia:quia paſſa eſt
virum intrare poſſeſſionem,ꝛ fructus percipere,ꝛ in onera ma-
trimonij conuertere,videatur dos cõſtituta.Tertiũ,poſito ꝙ
predicta non ſufficerent,an ex dicta patientia cum curſu tẽpo-
ris,quia hec paſſa eſt per plura tempora preſumitur titulus,ꝛ ſic
dos conſtituta.Ad primũ dico,ꝙ gl.iſtud tangit.ff.de iure do.
l.mulier bona.in prin.ꝛ ibi dicit,ꝙ Ariſtoteles in Topic.tenet,
ꝙ ſic.Mihi aũt videtur ſic diſtinguendũ.Aut iſta mulier erat
minor,ꝛ non videt̃ dos conſtituta tacite:quia ſi voluiſſet expreſſe,
non potuiſſet immobilia in dotem dare ſine decreto,vt C.de ad
miniſtr.tutor.l.lex que tutores.in prin.ꝛ §.j.ꝛ C.de pred.mino.
l.predia.ꝛ no.ff.de iure dot.l.Titia.Aut erat maior, ꝛ tunc aut
iſta bona fuerunt per eã in dotẽ data alij,forte priori viro,aut
nunquã fuerunt in dotẽ data.Primo caſu,aut ex primo matri-
monio nulli extant liberi,ꝛ tũc dos videtur repetita in ſequens
matrimoniũ,vt ff.de iure dot.l.dotẽ que in prius.ꝛ l.diuus.ꝛ ff.
ſolu. matrimo.l.penul.§.vxor.de pac.dot.l.cum maritus.§.Ti-
tius.ꝛ quod no.per Cy.C.de rei vxo.act.auth.ſed quãuis.in iij.
q.ꝛ hoc etiam ſi prius matrimoniũ ſolũ de facto tenuit,vt ff.de
iu.dot.l.ſi ſeruus i prin.Aut ex primo matrimonio extant libe-
ri,ꝛ tunc dos in ſequẽs matrimoniũ nõ videtur repetita ſimpli
citer,ſed ita demum, quod vir non lucretur vltra quã haberet
vnꝰ ex filijs primi matrimonij,qui minus haberet,vt C.de ſecũ.
nup.l.hac edictali.in prin.de dona.ante nup.l.ſi conſtãte.§.pe.
in auth.de nup.§.de augmentis aut̃. facit quod no.de iu.dot.
l.nulla.Secundo caſu,quando nunquam fuerũt in dotem data
tunc per matrimoniũ nõ videtur tacite actũ,quod ſit in dotẽ.
caſus eſt C.de diuor.l.fi.i aut̃.de nup.§.ſic itaqꝫ.ver.ꝛ ſi mulier
vbi patet quod mulier fuit accepta ſimpliciter, non cõſcriptis
dotalibus inſtrumentis,ꝛ habebat propria bona,que nõ cẽſen
tur dotalia.Et ſic nõ curo de authoritate Ariſtotelis,de qua fa
cit mentionem gl.in d.l.mulier bona, que cum ſit contra legem
1 non eſt ſeruanda,vt l.in tantũ.in fi.cum l.ſeq.ff.de re.diui.†Cir
ca ſecundum,an ex patientia videatur dos conſtitui,multa poſ
ſent dici,tamen quantũ ad propoſitũ dico,ꝙ eſt quedam patien
tia formis,quedam informis. Patiẽtia formis eſt quãdo circa
meam rẽ,vel circa aliud,quod tunc tãgit aliquis, facit aliquid,
ꝙ cadat in certã ſpeciẽ cõtractus,vel quaſi, ꝛ vtrũ ſciẽtia ꝛ pa
tiẽtia habeatur pro cõſenſu habẽt locũ no.per gl.i ver.nõ obeſ
ſe,in l.Caius.ff.de p.g.ac.p ex.in l.inuitus.C.de proc. per Dy.
in c.is qui tacet.de reg.iur.li.vj. ꝛ in multis alijs locis.Sed hec
non eſt materia noſtra.Quedã eſt patiẽtia informis, vt quãdo
circa rẽ meã ſit aliquis actus,qui non cadit in ſpeciẽ,ſeu formã
alicuius contractus,vel quaſi,puta icipis tenere,ꝛ poſſidere rẽ
meã,ꝛ cõuertere fructus in tuã neceſſitatẽ.vt in q.noſtra.Nã
onera matrimonij ſunt de neceſſitate viri,ꝛ iſto caſu,an talis pa
tientia habeatur pro cõſenſu,ſic puto dicendũ,aut precedit cõ
tractus,de cuius natura ad hoc quis tenebat̃,ꝛ patiẽtia habe
tur ꝓ cõſenſu,vt C.de acq.poſ.l.ij.iũcta gl.ſi. Aut nõ ꝑcedit ta-
lis cõtractus,ꝛ tũc aut tractamus de his,in quibus vertit̃ mo
dicũ preiudiciũ,ꝛ patiẽtia habet̃ pro cõſenſu. ff.de pecu.l.quã
Tuberonis.§.ſunt quedã primo reſpõ.ꝛ l.nõ ſolũ.i prin.vbi eo
ipſo.ꝙ dñs patit̃ ſeruũ habere vr̃ ꝯſtituere peculiũ.Aut loqui
mur i caſibus i qbus tractat̃ de magno preiudicio,ꝛ tũc patiẽ
tia nõ habet̃ ꝓ ꝯſenſu,vt d.l.quam Tuberonis.§.alia cauſa.ſe-
cũdo reſpõ.vbi ex patiẽtia nõ vr̃ concedi libera adminiſtratio.
Idẽ tẽ gl.in d.l.ij.C.de acq.in gl.in verb.vt dominiũ.q̃ inci. ꝙ
ꝑſum.ꝛc.Cũ ergo i caſu nõ nõ preceſſit ꝯtractus cuius natu
ra mulier eſſet obligata ſe dotare,ſeu oĩa bona ſua in dotẽ dare
vt ſ.proxime dictũ eſt,ꝛ probat̃ in aut̃.de nup.§.ſi qs enim.Itẽ

cum hic tractetur de magno preiudicio,ſcꝫ de amiſſione domi-
nij,⁊ adminiſtrationis ſue rei,credo patientiam habendā non
eſſe pro conſenſu,⁊ ſic per hoc bona non videantur data in do-
tem.Sed ſi tu poneres,quod vir dicebat,iſta eſt dos mihi da-
ta,⁊ his bonis expreſſe vtebatur in dote,tunc eſſet patiētia for-
mis, ⁊ quid eſſet tūc,habetur ex dictis dictarum gl.⁊ doc.Nūc
non examino.Non ob.ff.de iure dot.l.ſtipulationem.cum l.ſeq.
que incip.quod autem.qꝛ ibi licet non exprimeretur in ſtipula-
tione,qđ eſſet dotis cā,tamen hoc agebatur,⁊ hoc conſtat,vt
ibi ſentit gl.vel ibi loquitur de ſtipulatione quam recipit vxor a
viro,ſcꝫ de quantitate data ipſi mulieri reddenda ſol.matrimo.
vt ibi ſentit gl.merito intelligitur ex cauſa dotis.Sed ſi promit
teret ſimpliciter reſtituere,nec adijceret ſolu.matr.tunc ſecꝰ cre
derem niſi conſtaret,ꝙ aliter ageretur inter partes.† Circa ter
a tium[a],an ex patientia cū curſu tpis preſumat̃ titulus? Ad hoc
vt talis dubitatio procedat,opꝫ,ꝙ talis titulus allegetur,⁊ ſic
erit dubium an fuiſſet celebratus contractus dotis vel nō? Itē
oportet nos ponere,qđ mulier paſſa fuiſſet longo tpe,ſcꝫ decēꝫ
annis:alias ſi ex ſolo tpe maritus vteretur,vel cucurriſſet minꝰ
de tēpore,expeditū eſſet ꝙ titulus non preſumeretur,vt C.de
vſur.l.creditor.ff.de ope.libe.l.operis.plene no.de vſur.l.cuꝫ de
in rem verſo.Nec obſtat ꝙ dicitur,qđ cā alimentorum,⁊ dotis
ſunt pariter fauorabilia in modo conſtituendi,probatur per l.
cum poſt.§.gener.de iure dotium.de do.promiſ.l.j.coniuncta l.ſi
cui.ff.de annuis leg.⁊ de legat.iij.l.Stichus.⁊ no.in d.§.gener.
Sed in cauſa alimentorum ſufficit,quod aliquis nitatur ex ſolo
tempore vel curſu triennij,vt C.de fideicommiſ.l.j.⁊ no.in d.l.cū
de in rem verſo,ergo idem videatur in caſu noſtro de dote.Naꝫ
reſpondetur ſic,qꝛ in l.j.de fideicommiſ.hoc facit duplex fauor,
ſcilicet alimentorum,⁊ vltime voluntatis,vt ibi not.que ratio,
ſcilicet , vltime voluntatis hic ceſſat. Preterea , illa lex lo-
quitur in faciente , ſcꝫ in ſoluente aliquid annuum nomine ali-
mentorum,queſtio noſtra loquitur in patiente,contra quē non
ita de facili preſumitur titulus,vt infra dicetur .Concedo ergo
qđ ſi ex cauſa vltime voluntatis eſſet preſtitū aliquid noīe dotis
per triennium,eſſet idem qđ in l.j.C.de fideicommiſ. ¶ Poſito
ergo in queſtione noſtra qđ titulus allegetur,⁊ ad probationē
inducatur longi tēporis curſus,an titulus preſumatur,eſt du-
bium ꝓpter diuerſas opiniones doctorum,⁊ videtur ꝙ ſic per
l.cum de in rem verſo,in fi.vbi expreſſe loquitur in dote,⁊ licet
tex.ibi loquatur in faciente,ſeu ſoluente,tamen gl.ibi poſita in
telligit idem in qualibet patientia.Idem no.ff.de ſerui.l.ſeruitu
tes.⁊ de aqua plu.arc.l.j.§.fi.Alij Mod.docto.ſunt in contra-
ria opi.dicentes,ꝙ dicta lex,cum de in rē verſo,loquitur in fa-
ciente.hoc eſt in ſoluente:ſecus in patiente,contra quē non ſic fa
cile preſumitur titulus.Ita no.Cyn.C.de pac.l.ſi certis annis.
verſ.ſed octauo quero.qđ tenēt quidaꝫ doc.Bononiē.Sed per
gl.videtur caſus qđ idē in patiente.C.de peti.heredi.l.fi.⁊ ff.de
acqui.hered.l.qui in aliena.circa prin.ver.ſed ⁊ ſi non adierit.
Sed contra glo.facit quod ſi poſſedi rem tuam longo tēpore te
patiente,⁊ vellem allegare quod mihi vendidiſti,vel alio titulo
conceſſiſti,⁊ hoc probare ex patientia non poſſum ſecundū oēs
doc.⁊ tangitur in gl.in verb.ſi maior.l.penul.C.commu.diui.⁊
ibi ſecundum omnes docto.quod apparet eſſe verum,quia vo-
lunt iura quod in preſcriptione talium rerum precedat titulꝰ,
⁊ ſequatur poſſeſſio longi temporis,vt C.de rei vendi.l.nullo.de
preſcrip.long.temp.l.diuturna.ff.de vſucap.l.Celſus.cum ſimi.
Ad ſolutionem igitur dictarum contrarietatū diſtingue duo
verba,ex quibus apparebit noſtre queſtionis ſolutio,tangēdo
ſolum qđ pertinet ad propoſitū.Cum ergo queritur,an titulus
allegatus ex curſu longi temporis preſumat̃,diſtingue,aut lo-
quimur in aliquid faciente,puta ſoluente,⁊ preſumitur,vt C.de
agri.⁊ cēſi.l.litibus.lib.xj.ff.de vſur.l.cum de in rē verſo.quod
dic.vt ibi.Aut loquimur in patiēte,⁊ tūc aut titulus allegatus
principaliter reſpicit lucrū,⁊ commodū patientis,⁊ preſumitur
titulus,vt C.de peti.hered.l.ſi filius.⁊ ibi no.nam ibi preſumit̃,
cui acquiritur hereditas per filium.Aut titulus allegatus re-
ſpicit damnū patientis,⁊ tunc aut reſpicit magnum damnum,
b aut paruum.Si magnum[b],puta tractatur de amiſſione domi-
nij rei ſue,tunc non preſumitur.d.l.nullo.C.de rei vendicat.C.de
preſcrip.long.temp.l.diuturna.quod no.per glo.⁊ docto.in d.l.
penul.C.commu.diuid.fallit in caſu.l.Procula.ff.de proba.Ra
tio,quia ibi plura interuenerunt.vt ff.de ali.leg.l.libertis.quos.
§.j.Si vero reſpicit paruū damnū,tunc titulus preſumatur,vt
ff.ſi ſerui.vendi.l.ſi quis diuturno.quod no.per glo.in l.ſeruitu-
tes.iiij.in verb.certā.de ſerui.de aqua plu.arc.l.j.in fi.⁊ illa fuit
ratio illarum legum,⁊ ibi tractat̃ de modico preiudicio.vt not.
per Dyn.extra de reg.iuris.c.poſſeſſor.verſicu.item nunquid in
preſcribendis rebus.⁊ hic eſt caſus in d.l.qui in aliena.ver.ſed
⁊ ſi non adierit.de acqui.here.Ibi enim de modico preiudicio
tractatur.Nam hereditas non erat filij,ſed habebat ſolā ſpeꝫ,
ꝙ ſi ipſe efficeretur ſui iuris,poterat adire, ⁊ ſibi acquirere,vt
C.de iu.deli.l.non eſt dubiū.non ergo ibi amiſit ſuū dñium,ſed
quandā ſpem forte fallacem.Itē eſt ſpes,ꝙ ipſa hereditas patri
queſita ad ipſum filiū reuertatur,vt l.ſcripto herede.in fi.vnde
liberi.de adop.l.nec ei.§.pen.ſic etiā loquitur gl.d.l.pen.C.com-
mu.diuid.vbi dicitur,qđ preſumitur diuiſio.in qua eſt modicū
preiudicium,cum vna pars vice alterius fungitur.Cum ergo in
propoſita queſtione loquamur in muliere patiente,⁊ tractatur
de magno preiudicio,ſcꝫ de tranſlatione dominij in virum cuꝫ
ſpe lucrandi ſibi,ſic dico quod ex patientia longi temporis titu
lus non preſumitur. ¶ Diſputata per domi.Bar.de Saxofer
rato egregium legum Doctorem,Digeſtum vetus legentem in
Auguſta Ciuitate Peruſij Anno domini Mcccxliij.die xxi.
Ianuarij.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶ Circa tertium.Uide Bar.in d.l.cum de in rem ver-
ſo.⁊ ibi Alex.in addi.ff.de vſur.⁊ Fely.in c.illud.de preſump.
b ¶ Si magnū.No.ꝙ Bar.hic vult ꝙ vbi agitur de magno pre-
iudicio,ex patientia longi temporis nunquā preſumitur titu
lus.Uide multas concordantias per Fely.in c.ſicut olim.de re
iudi.⁊ in c.illud.de preſumpt.in verſi.ſecundo eſt aduertendū,
⁊ vide Alexan.in conſi.ccxviij.in vj.volu.incip.ponderatis nar-
ratis.

QVÆSTIO VIII.

1 ☞ Omiſſio totius ſicut eſt cauſa priuandi quem beneficio,ita
omiſſio partis.
2 Factum quando aliquis probat,nec probat qualitatē facti,nō
habet beneficium quod datur probantibus.
3 Pena quando debet committi propter aliquam priuationem,
ita committitur ex priuatione qualitatis ſicut ex priuatione
ſubſtantie.
4 Qualitatis omiſſio rei non priuat aliquem beneficio ſibi compe
tenti ex ipſa re.
5 Pene aggregatio que fit propter negationem ſemper intelligi
tur fieri,quādo quis negat id,quod ex facto ſuo depēdet,alias
ſecus.
6 Factum quando quis ſimpliciter debet,ſufficit ꝙ factum fiat,
licet eius qualitas omittatur.
7 Prohibitio ſemper intelligitur reſpectu ſubſtantie,non reſpe
ctu qualitatis.

a PEr Italiam[a] cōmuniter ſunt ſtatu-
ta, qđ confeſſi maleficia
mitius,⁊ negantes grauius puniuntur.Contigit,
quod is,contra quem de maleficio proceditur,confi
tetur factū,negat tamen qualitatem,qua ceſſante pena ceſſat,
vel minuitur.Queritur,an ſit condemnandus,vt confeſſus,an
tanquam negans,vel qualiter.Et primo quod veniat condem-
nandus,vt negans,probatur ſic.Negans dicitur ille qui negat
factum,⁊ etiam ille qui negat ius,hoc eſt actionem,⁊ obliga-
nem.Primum de negante factum probatur.C.ad legem Fa-
liam.l.contra negantem.C.de probatio.l.actor.de non nume-
ta pecu.l.aſſeueratio.⁊ in auth.contra qui propriam.C.eo.
ff.ad leg.Aquil.l.ij.de procurato.l.ij.cum ſim.De eo qui negat
ius probatur C.de tranſa.l.age.ff.de dona.l.quidam in iure.
probatio.l.ab ea parte.cum ſimilib.Sed iſte qui negat quali-
tem maleficij,quandoqꝫ negat factuꝫ quandoqꝫ negat ius.hoc
eſt maleficiū,vel eſſe obligatum,quandoqꝫ negat actioneꝫ,hoc
eſt,ſe non teneri actione propoſita,ergo in omni caſu habetur
pro negante. ¶ Primum qđ negat factum,probatur in eo qui
confitetur factum,negat tamen tempus vel negat locum.Nā
ſi probatur alius locus,vel tempus,non eſt idē factum de quo
agitur,vt probatur C.qui accuſa.non poſſunt.l.j.prout ibi po-
nitur caſus,pro maleficio certa die commiſſo.⁊ no.ff.de pub.iu-
di.l.is qui reus.in gl.magna ſuper verbo,permiſſum eſt.⁊ ff.de
acqui.here.l.Pantonius.§.rei.⁊ ibi clarius no.⁊ eſt expreſſum
extra de re iudic.c.Abbate ſane,circa finē libri ſexti. ¶ Secun-
dum in eo qui negat maleficium,vel obligationē,probatur in
eo qui confitetur factum,hoc eſt ſe accepiſſe rem,negat tamen
qđ contra domini voluntatem.Nā ex hoc ſequitur qđ non eſt
furtū,nec furti tenet̃,vt ff.de fur.l.inter oēs.§.recte.⁊ inſti.de ob
liga.ex delic.in §.placuit. ¶ Item in eo qui confitet̃ ſe occidiſſe,
negat tamen ſe feciſſe eo animo,qꝛ ſequitur ꝙ non tenetur lege
Cornelia.l.j.C.ad legem Corne.de ſicar.⁊ ff.eodem.l.j.§.diuus.
Et in eo qui accuſatur de plagio,dixit ſe habuiſſe,negat tamen
alienum,vt C.de ſeruis fugiti.l.cum ſeruum.⁊ ad legem Falci-
diam

diam.de plagia.l.j.⁊ l.preſes.ſed ⁊ alia multa exempla poni poſ
ſent. ¶ Tertium qd negat actionem ſeu accuſationē, probatur
in eo qui accuſatur lege Pompeia de parricid. cōfitetur ſe oc-
cidiſſe, negat tamen eſſe de perſonis enumeratis in l.j.ad legem
Pompe.de parrici. Itē probatur in l.pretor.§.docere.ff.vi bo-
norum raptorum.⁊ de incend.rui.l.j.§.fina.⁊ l.ij. Item in eo qui
confitetur coitū, ſed negat mulierem nuptam, vt in l. penult.de
adult. Quicquid igitur dicatur apparere quod iſte habet pro
negāte, ⁊ tanquam negans debet condemnari. Secundo probo
ſic. Qui interrogatur cum aliqua qualitate, ſi reſpondet pure,
non reſpondet ad interrogata, vt ff.de verb.obl.l.j.§.ſi quis ſim
pliciter.⁊ inſt.de inuti.ſtip.§.j.⁊ §.preterea. Si vero non reſpō-
det ad interrogata, ergo non pōt haberi, vt confeſſus. Cōcludo
ergo quod tanquam negans veniat condemnandus, per predi-
1 ctas leges, vbi videtur caſus expreſſus. † Tertio probo ſic. Si-
cut omiſſio totius eſt cauſa priuandi quem beneficio, ita omiſ-
ſio partis, vt ff.de leg.j.l.etiam ſi partis.coniuncta l. tutor dat⁹.
§.primo.ff.de excuſa.tuto.⁊ no.in l.poſt legatum.§.amittere.ff.
de his qui.vt indi.ſed ſi totum maleficium negaſſet, priuaretur
beneficio, quod daretur confitentibus, ergo eadem ratione pri-
uetur, ſi negat qualitatem maleficij. Quarto probo ſic. Si in a-
liqua ſatiſdatione aliqua qualitas omittatur liberatio non cō-
tingit, imo totū petitur, ac ſi nihil eſſet ſatiſdatū, vt l. Julianus
§.qui fundum.§.j.de ver.obli.de ſol.etiā.de leg.j.l. huiuſmodi.
§.edes.⁊ plene no.de dol.l.⁊ elegāter.§.nō ſolum, ſed iſtud bene
ficium quod datur confitentibus eſt quedā liberatio a parte
pone in eo, qui cōfitetur. Si ergo in confeſſione omittatur qua-
2 litas maleficij, nō cōtingit liberatio. † Quinto probo ſic. Quā-
do aliquis probat factum, nec probat qualitatem facti, nō ha-
bet beneficium quod datur probantibus, quia non dicitur ſua
intentio probata.vt l. habebat. in princ.ff. de inſtito. et vi bo-
norum rapto.l.pretor.§.docere.extra de probationibus.c.licet.
ergo ⁊ eadem ratione, qui confitetur maleficium, ⁊ non qualita-
tem, non debet gaudere beneficio cōfeſſionis. Sexto probo ſic.
Beneficium datur confitentibus, quia aliquem releuat cōfeſſio
ab onere probādi.l.eum qui.in prin.de iureiur.C.de pena iud.
qui male iudi.authē.nouo iure, ⁊ quod no.ad l. Aquil.l.contra
negantem. Sed per hanc confeſſionem quis non releuatur ab
onere probandi, quia debet probari qualitas maleficij que non
poteſt probari niſi per illos qui viderūt maleficium, quia qua-
litas rei non poteſt cognoſci, niſi ab eo qui habet notitiam rei,
⁊ ipſam viderit, vt l.j.§.j.de ventre inſpiciendo.C.de fide, inſtru.
l.comparationes.ff.finium regūdorum.l.ſi irruptione. ⁊ in au-
then.de non alie.§.quod autē. Cum igitur non releuet ab one-
re probandi, ergo in nullo conſequitur beneficium cōfeſſionis.
3 †Septimo ſic. Quādo pena debet cōmitti propter aliquā pri-
uationē ita committitur ex priuatione qualitatis, ſicut ex pri-
uatione ſubſtātie, vt patet in ſtipulatione habere licere, que cō
mittitur ſi aliqua ſeruitus que predij qualitas ē ex iure minui-
tur, vt l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis forte.de verb.obli. vbi videtur
tex.noſtre queſtiōis in eo quod ibi in fi.text.dicit qd habere nō
lꝫ ei, cui aliquid ex iure qd habuit minuitur. Ita cū aliqua qua
litas negatur, nihil confeſſatum videtur, ⁊ ſic nullum conſequi
tur beneficium confeſſionis. Octauo ſic. Simplex ⁊ indefinita
locutio equipollet vniuerſali, vt l.ſi pluribus de leg.ij.⁊ de leg.
iij.l.ſi plures.per Dy.de reg.iur.ſuper rubr.li.vj. Cum ergo di-
cat ſtatutum qd confitentes mitius puniantur, loquitur de cō
fitentibus omnia. Sed certum eſt quod iſte qui negat qualita-
tes, non confitetur omnia, ergo non poteſt beneficium confiten
tium habere, arg.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.de rebus dubijs.
¶ Nono, qr qui in vno deliquit, omnium factus eſt reus.

**Contra** Quod puniri debeat tanquam confeſſus, pri-
4 mo probatur ſic. † Omiſſio qualitatis rei nō
priuat aliquem beneficio ſibi competenti ex ipſa re. Hoc proba
tur, quia quis non priuatur beneficio propoſite actionis, licet
aliquam qualitatem non ponat vel poſitam non probet: vt l.in
delictis.§.ſi detracta.ff.de noxa.⁊ quod not.C.de edendo.l.edi-
ta actio. Nam eo non obſtāte ex tali proceſſu poterit ſequi con-
dēnatio. Facit de aqua pluuia arcē.l.quāquam.§. Julianus. ⁊
quod ibi per Dy.facit de rei vendicatio.l.ſi poſt acceptū. Item
nō priuat quem beneficio preſumptionis faciētis pro eo. Nam
ſi confiteor ſolutum, tū nego indebitum, ⁊ ſic nego qualitatem,
ex hoc non perdo beneficium preſumptionis facientis pro me,
ſcilicet quod debitum preſumatur, vt l.cū de indebito.ff.de pro
ba. ¶ Item non priuat quem beneficio moderande condemna
tionis, vt puta, cōfiteor me fideiuſſiſſe, nego tamē me cōuenien-
dum inſolidum, quia dico alios fideiuſſores eſſe ſoluendo, ⁊ ſic
nego qualitatem. Certe per hoc non perdo beneficium diuiſio-
nis, vt l.ſi dubitetur.in princi.⁊ §.primo, de fideiuſſo. Ex predi-
ctis ergo concluditur quod ſi reus confitetur factum, negat ta
men qualitatem aliquam, quod ex hoc non perdat beneficium
confeſſionis, ſed tanquam confeſſus veniat condemnandus.
5 †Secundo probo ſic, Aggrauatio pene, que fit propter negatio
nem, ſemper intelligitur fieri quando quis negat id quod ex fa-
cto ſuo dependet, alias ſecus, vt ff.rerum amota.l.Marcellus.
de in li.iur.l.videamus.§.primo.⁊ extra de cōfeſſis.c.ſecundo li-
bro ſexto.⁊ quod no.C.de iuramen.calum.l.ſecunda.§.quod ob
ſeruari. Si aliter intelligeretur, ſequeretur quod quis punire-
tur ſine delicto: quia cum in facto, quod non dependet a ſe ſit to
lerabilis ignorantia.l.fi.ff.pro ſuo.⁊ l.cum falſum.ff. de acquir.
heredi.merito poteſt ſine culpa negare, ſed ſine culpa nemo eſt
puniendus, vt ff.de verborum ſigni.l.aliud eſt fraus.⁊ C. de pe
nis.l.ſancimus.⁊ de reg.iur.ca.ſine culpa.lib.vj. Sed iſte quali-
tates vt plurimum non pēdent ex tacto rei, vt puta quod ex vul
nere ſit remanſura cicatrix, vel quod membrum ſit remanſurū
debilitatum, vel quod offenſus ſit nobilis, vel ignobilis, ⁊ ſimi-
lia. Hoc patet quod propter negationem huius qualitatis nō
debet negari pena, ⁊ ſic condemnandus eſt tāquam confeſſus.
Tertio probo ſic, pena, que imponitur propter priuationem a-
licuius rei, nunquam committitur propter priuationem qua-
litatis ipſius rei, vt ff.de euictio.l.quod ad ſeruitutes. de leg.ij.
l.Meuius.§.fundo.vbi pena que debet committi propter eui-
ctionem rei, non committitur propter euictionē ſeruitutis, que
eſt qualitas, l.rei quid aliud.de verbo.ſignifi.⁊ ſi.l.in aliena.§.j.
de vſucap.⁊ commu.predio.l.j.ita in propoſito, ſi aliquis cōfite
tur factum, licet neget qualitatē facti, pena, que propter nega-
tionem imponitur, nō debet committi, ⁊ ſic vt confeſſus veniat
6 condemnandus. † Quarto probo ſic, Quando quis tenetur ad
factum ſimpliciter, ſufficit quod factum fiat, licet eius qualitas
omittatur.l.iij.§.falſus.ff.rem ratam hab.vbi procurator tene-
tur cauere rem ratam dominum habiturum, ⁊ ſic ſufficit qd do
minus habeat ratum tanquam factū, non tanquam maleficiū,
quod patet: quia poteſt appellare ⁊ reſtitutionem in integrum
petere, ⁊ ſic qualitatem abnegat, ⁊ ſic pena nō committitur. Ad
idem facit quod no.ff. de nego.geſ.l. Pomponius ſcribit. in gl.
magna.⁊ per Dyn.in cap.ratum.de reg.iuris.lib. ſexto. Ita in
propoſito cum quis metu pene teneatur confiteri, ſufficit quod
cōfiteatur factum, licet neget qualitatem facti, ⁊ ſic vt cōfeſſus
7 veniat condēnandus. † Quinto probo ſic. Quando aliqd pro-
hibetur, ſemper intelligitur prohibitio reſpectu ſubſtantie nō
reſpectu qualitatis, hoc probatur per l.generaliter.C.de nō nu
mera.pecu.coniuncto §.quod fere.in l.iuris gentium.ff.de pac.
⁊ ibi nota.in glo.in verb.contrarium approbetur vbi ſi aliquis
prohiberetur probare contra inſtrumentum intelligitur con-
tra ſubſtantiam inſtrumenti, nō contra qualitatem. Ita in pro-
poſito cum quis metu pene prohibeatur negare, debet intelli-
gi de negante ſubſtantiam, non de negante qualitatē. ⁊ ſic cum
ſubſtantiā ſit confeſſus, dꝫ vt cōfeſſus puniri. Sexto de hoc vi-
detur caſus expreſſus.ff.ad l.aquil.l.inde Neratius.§.fi.cum l.
ſequen.vbi apparet quod ad hoc vt euitetur pena que cōtra ne
gantem eſt ſtatuta per leg. Aquiliam, ſufficit qd factum confi-
teatur, ſcilicet me occidiſſe, licet negem qualitatem, vt puta: qr
nego ſeruum eſſe talis eſtimationis, vel tantum intereſſe agen-
tis. Ita in propoſito, licet negem aliquam qualitatē, nō debeo
puniri vt negans, ſꝫ vt confeſſus debeo condemnari. Septimo
ſic, Ratio quare mitius punitur, eſt: quia releuat aduerſarium
ab onere probandi, vt dictū eſt.ſ. in ſexta ratione aduerſe par-
tis, ſed licet negetur qualitas, nihilominus pars remanet rele-
uata ab onere probandi. Exemplū. Si aliquis confitetur occi-
diſſe dicat tamen ſe feciſſe ſine dolo, certe ipſe habet probare, vt
C.de iniur.l. ſi non cōuitij.⁊ ad legem Corneliam de ſica.l.j.⁊ ff.
eodem.l.j.§.diuus.ergo cum ſuperſit ratio, debet durare benefi
ciū confeſſionis. Octauo ſic, Indefinita locutio equipollet vni
uerſali.l.ſi pluribus.de lega.ij.de leg.iij.l.ſi plures.not.per Dy.
de reg.iuris.ſuper rubrica libro.vj. Unde cum ſtatuta puniant
acrius negantes, intelligo negantes omnia. Sed verū eſt hunc.
qui confitetur factum, ⁊ negat qualitatem, non negare omnia,
ergo non debet vt negans condemnari, vt l.ſi is qui ducenta.§.
vtrum.de rebus dubijs. Nono de hoc videtur gl.ordinaria in-
ſtitu.de actio.§.item miſta.vbi ille, qui confitetur delictum, ne-
gat tamen aliquam qualitatem propter quam dicit nō deberi,
nihilominus habetur in omnibus, vt confeſſus, modo in eo pe-
na que venit ex delicto ſine qualitate puniatur confeſſus in ea,
que augetur ex qualitate, punitur vt negans, probat pluribus
rationibus. Et primo ſic, Qui partem delicti cōmittit, non pu-
nitur contemplatione totius, ſed contemplatione eius qd com
miſit, vt ff.de extraordinarijs crimi.l.j.C.de ſeruis fugiti.l.ſi fu-
gitiui.⁊ ita no.facit de pen.l.aut facta.§.euentus.ita in propo-
ſito, cum partim fuerit confeſſus, partim negauit, ſolum in ea
parte quam negauit puniatur vt negans. ¶ Secundo ſic, pene

non debet egredi delictum vt ſic in ea tantum re, ⁊ eo tantũ reſpectu quo quis deliquit puniatur, ⁊ non vltra. ff. de his qͥbus vt indig. l. reſcriptum, ad Treb. l. Paulus reſpondit. §. ſi certũ. quib. ex cau. in poſſeſ. eatur. l. Fulcinius. §. quid ſi aduerſus. Sꝫ hic non deliquit negãdo, niſi reſpectu qualitatis ergo ſolum reſpectu qualitatis debet puniri. Tertio ſic. Quãdo quis ad plura tenetur in iudicio ſub pena ſi in vno eſt obediens, in alio nõ: in eo, in quo eſt obediens, pena non committitur cum effectu, vt l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quis cautioni. ⁊ quod no. de verb. ob. l. v. §. ſi. ⁊ de rebus dub. l. ſiis qui ducenta. §. vtrum. in glo. ſuper verbo, in illo. Sed iſta pena, que imponitur neganti, imponitur circa ea que veniunt publicanda in iudicio, ergo in effectu committitur ſolum pꝛo eo qđ negauit ipſe. Quarto ſic. Quando qͥs eodem facto diuerſis reſpectibus deliquit, eo reſpectu, quo deliquit, conſequitur penam, alio reſpectu pꝛemium. l. j. de his, qui. vt indig. ita in pꝛopoſito, reſpectu eius, qđ negauit conſequitur penam, alio reſpectu pꝛemium. Facit l. relegatoꝛum. §. ſi. de interdict. ⁊ relega. Quinto ſic, Quando pena dꝫ imponi pꝛopter pꝛiuationem alicuius rei pꝛiuata qualitate, ſolum imponitur pena reſpectu illius qualitatis, qđ apparet in actiõe ex empto, vbi re euicta agitur pꝛo toto intereſſe, ſed euicta ſeruitute agitur ſolum pꝛo intereſſe ſeruitutis que eſt qualitas fundi, vt l. ꝙ ad ſeruitutem. de euict. ⁊ ibi no. ⁊ de contrahẽ. empt. l. cum venderes. ita in pꝛopoſito ſolum reſpectu qualitatis actus puniatᷣ. Sexto ſic. Si quando aliquid alicui tribuitur pꝛopter laboꝛeꝫ, diminuto laboꝛe diminuitur id quod conceditur, vt l. Seio amico. in pꝛin. de annu. leg. Sed pꝛemium conceditur confitenti: qꝛ exonerat aduerſarium onere pꝛobandi, vt l. eum qui. in pꝛin. de iureiu. Ergo ſi pꝛo parte eum exonerat, conſequitur pꝛemiũ accuſatus: qꝛ percuſſit tali loco, ⁊ tali tempoꝛe confitetur ſe pcuſſiſſe dicto loco, vel tẽpoꝛe. Certe ſi accuſatio pꝛobabitur, punietur vt negans. ¶ Item iudex poteſt talem reſponſionem nõ admittere. no. hanc concluſionem.

**Solutio.** Domini noſtri Jeſu Chꝛiſti nomine inuocato, in queſtione pꝛedicta aduertendum eſt: qꝛ quando quis negat aliquam qualitatẽ, ſeu circunſtantiã, qua negata negatur ipſum factum de quo pꝛoceditur, qđ pꝛima facie videbatur confiteri: verbi gratia, qui confitetur ſe percuſſiſſe Titium, negat tamen hoc ſe feciſſe tempoꝛe, vel loco in accuſatione vel libello contentis, tũc omnino aliud factum confitetur quam illud de quo pꝛoceditur. Nam factum vno tempoꝛe vel certo loco differt realiter, ⁊ ſecundum ſubſtantiam ab eo, qđ factum dicitur alio tempoꝛe vel loco. l. ſi non ſoꝛtem. §. libertus. de condictione indeb. ⁊ quod nota. C. de teſtib. l. teſtium. de acquirenda heredita. l. Pantonius. §. rei. cum ſua gloſ. in verb. poteſt querere. ⁊ eſt expꝛeſſum extra de fide inſtr. capi. cũ Joannes. ⁊ de re iudica. capitu. Abbate ſane. circa finem. ibi, locus ⁊ tempus, ⁊c. quod ibi nota. ⁊ dixi in leg. denunciaſſe. §. quid tamen. de adult. illo caſu non loquitur queſtio noſtra. Nam iſte ſine dubio habetur vt negans, qui totuꝫ negat, imo dico quod ſi iudex vellet talem reſponſionem non admittere, poſſet licite: qꝛ ad interrogata non reſpondit, vt ſupꝛa patet, ergo ⁊c. vt inſtit. de inuti. ſtipul. §. ſi de alia. Sed poſſes tu dicere non eſſe verum quod locus vel tempus faciet differri realiter, ſecũdum ſubſtantiam. Nam ſi Titius eſt vulneratus in facie, vbicũque factum fuiſſet illud vulnus, idem vulnus eſſet ſubſtantialiter, vt patet ad ſenſum, ſicut idem eſt homo, licet de loco vel de tempoꝛe originis dubitetᷣ, vt lege iij. §. minoꝛem. ff. de minoꝛi. ⁊ l. eius. §. pen. ad municip. Reſpondeo, nos poſſumus ſumere actum pꝛout radicatur in faciente, ⁊ tũc illud eſt factum vno loco vel tempoꝛe, aliud factum alio, ⁊ tũc diuerſitas talis inducit diuerſitatẽ realem, ⁊ ſubſtantialem, vt dixi. Quandoqꝫ accipitur actus pꝛo effectu ſecuto ex actu, vt vulnus ſeu ſciſſio que ſecuta eſt ex actu percuſſionis, ⁊ tũc illud eſt vnum, vbicunqꝫ fuerit factũ: qꝛ non poteſt eſſe niſi in vno loco factũ, vt ex pꝛedictis patet. Alia circa hoc dixi in d. §. quid tamẽ. Quandoque quis negat aliquam qualitatem ſeu circũſtantiam, ex qua non inducitur diuerſitas realis ſeu ſubſtãtialis, ⁊ tũc pꝛocedit queſtio noſtra. Pꝛo qua declaranda eſt aduertendũ quod ſtatuta Jtalie circa hoc pꝛocedũt diuerſimode. Nam quandoqꝫ ſtatuunt hoc in pena, vt negans plus puniatur quam ſit alia ſimplex pena pꝛo maleficio. Quandoqꝫ hoc ſtatuunt per modum pꝛemij, ⁊ ei qui fuit confeſſus minuitᷣ pena, que alias ſtatuta eſt ꝓ maleficio. ⁊ iſti ſunt diuerſi effectus. ideo de quolibet per ſe videamꝰ. Circa pꝛimũ, quando ſtatutum hoc diſponit in pena, vt puta quod qui negauit: puniatur in quarto pluri, vel ſimilia verba: ⁊ tunc circa hoc conſideranda ſunt duo fundamenta. ¶ Pꝛimo: quia iſtud ſtatutum habet locum in pena mentientis. Unde ſi negaret aliquid cuius haberet iuſtam ignoꝛantiam, non puniretur per regulam generalem, quẽ eſt, vbi nõ eſt culpa, ibi nõ cadit pena vt C. de pen. l. ſancimus. ⁊ ff. de verb. ſign. l. aliud eſt fraus. in pꝛin. de regulis iuris. capit. ſine culpa. libꝛo ſexto. ¶ Secũdum fundamentum eſt quod tũc negans puniretur quando per negationem grauauit aduerſarium onere pꝛobandi, ita quod aduerſarius habeat neceſſe pꝛobare per teſtes vel alijs legitimis pꝛobationibus, alias non puniretur vt negans, vt ff. de iureiuran. leg. eum qui. in pꝛincip. ⁊ ad leg. aquiliam. l. ſecũda. §. j. ⁊ ibi nota. ⁊ C. ad l. aquil. contra negantem. ⁊ ibi etiam nota. Cum enim illa loquatur generaliter in qualibet actione, que creſcit per inficiationem, non eſt dubium quod extenditur ad ſtatuta, vt no. in ſimili. ff. de legib. l. quod vero. ⁊ dixi plene in l. omnes populi. in materia de interpꝛe. ſtat. circa interpꝛetationẽ extenſiuam. ff. de iuſti. ⁊ iur. His pꝛemiſſis, in caſu pꝛedicto quando ſtatutum pꝛocedit penam imponẽdo, dico ſic, Quandoque ille qui confitetur factum, negat aliquam qualitatem, ſeu circũſtantiam, per cuius negationem aduerſarius non grauatur onere pꝛobandi, vt puta confeſſus eſt ſe percuſſiſſe ſed non animo iniuriandi, vel ſe occidiſſe, ſed ſine dolo, vel ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, quibus caſibus cum pꝛeſumptio ſit contra eum, ſibi incumbit onꝰ pꝛobandi aliquas circũſtantias, ex qͥbus ceſſet dolus ⁊ animꝰ iniuriandi, ⁊ pꝛeſumitur ad ſui defenſionem feciſſe. C. de iniur. l. ſi non conuicij. ad leg. Coꝛn. de ſica. l. j. ⁊ l. eum qui. ⁊ iſto caſu negans talem qualitatem, vel circũſtantiam, ſine dubio ſi nõ pꝛobat, non punitur vt negans: quia per confeſſionem factam relevat aduerſarium ab onere pꝛobandi. d. l. eum qui. Quandoque quis confitetur factum, ⁊ negat aliquam qualitatem ſeu circunſtantiam, quam opoꝛtet aduerſarium pꝛobare. Et hic eſt aduertendũ quod quandoqꝫ quis negat aliquam qualitatem ſeu circũſtantiam quam iuſte ignoꝛat, vt puta, confitetur ſe percuſſiſſe, negat tamẽ quod ex illo vulnere ſit remanſura cicatrix, vel qđ ex ea membꝛum remaneat debilitatum, ⁊ ſi. Et tunc etiam eo pꝛobato non puniatur vt negans: quia cum non ſit in culpa, nõ debet pati penam, vt dictum eſt. Pꝛo hoc. ff. de interrogat. actio. l. de etate. §. interdum. ⁊ ſequen. ⁊ eſt caſus ad legem aquiliam. l. inde Neratius. §. fin. ⁊ l. ſeq. ſic inducendo, in libello pꝛopoſito ſuper actione legis aquilie debet expꝛimi quantitas damni, ſecundum gloſſ. que eſt in l. pꝛetoꝛ edixit. §. ſi dicatur. ff. de iniur. Pone, conuẽtus lege Aquilia confitetur ſe hominem percuſſiſſe, negat tamẽ eſtimationem damni eſſe illam, que in libello pꝛoponitur, certe tanquam confeſſus veniet condemnãdus, vt d. l. inde Neratius. §. fin. cum leg. ſequen. Si enim ibi cõfeſſus fuiſſet eſtimationem damni, ratio, que ponitur in illa lege, nõ eſſet vera. nam non eſſet amplius querendum de eſtimatione vulneris. Apparet ergo quod conuenitur vt confeſſus. ⁊ tamen qͥritur de eſtimatione, quam negauit. Hoc modo debet intelligi glo. que eſt Inſti. de actio. §. item miſta. vbi ille, qui confitetur relictum pijs locis, tamen aliquam qualitatem negat, vel admiſit, per quam dicit ſe non debere ſoluere. Nam ſi rationabiliter hoc dicit, id eſt, iuſta ignoꝛantia motus, non punitur vt negãs vt ibi expꝛeſſe dicit gloſſ. Quandoque negat aliquam qualitatem ſeu circunſtãtiam, quã iuſte ſeu pꝛobabiliter ignoꝛare nõ poteſt. vt quia pendet ex facto ſuo, vel publice notum, vel alias eſt pꝛeſumptio ꝙ ſciat. ¶ Et hic eſt aduertendum quod ſi negatur aliqua qualitas, ſeu circunſtantia, qua ceſſante factum non eſt delictum, ſeu non eſt punibile ex cauſa intentata, ſecundum ea que dixi in l. denunciaſſe. §. quid tamen. de adulte. ⁊c. ideo punitur vt negans. ⁊ loquitur alia opinio poſita in gloſ. in verb. diſtulerint. Inſtit. de acti. §. item miſta. ne inueniatur via per quam negantes ſuam auaritiam exerceant, vt ibi not. quod pꝛobatur: quia quando deficit aliqua qualitas, que reſpicit totum id, de quo agitur, nil videtur eſſe factum de eo quod debetur, vt l. Julianus. §. j. de verboꝛum obligation. de ſolu. l. etiam cum ſimi. Facit qui ſatiſda. cog. l. quoties. ⁊ de fideiuſſ. l. qui ſatiſdare. Ad idem vi bo. rap. l. pꝛtoꝛ. §. docere. ⁊ d. l. denũciaſſe. §. quid tamen. facit etiam de verboꝛuꝫ obligatio. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. Quandoqꝫ negat aliquã qualitatem, qua ceſſante pena minuitur. Et hic eſt aduertendum, quod ſi quidem pena, q̃ pꝛopter illã qualitatẽ adijcitur, eſt diuerſa ⁊ ſeparata, vel ſaltem eſt diuiſibilis ⁊ ſeparabilis ab ea, q̃ imponitur pꝛo ſimplici maleficio, vt ſi dicat quod contra negãtem pena duplicetur, vel puniatur in quarto pluri, vel ſimilia verba, ⁊ tunc pena que imponitur pꝛo ſimplici maleficio, vt confeſſus punietᷣ. Sed illa que augetur pꝛopter illam qualitatem negatã, punietur vt negans: equitas enim iudicioꝛum hoc admittit, vt l. ſi ſeruuꝫ. §. ſi pluriuꝫ. ff. ſi quis cau. ⁊ quia eius contemplatione debet puniri, cuius contemplatione deliquit, vt dicto. §. ſi plurium. ⁊ de his qui. vt ind. l. reſcriptum. ff. ad Trebel. l. Paulus reſpõdit. ſi certam. Pꝛo hoc optime facit de iniur. l. eum qui nocentẽ. §. pen. ⁊ ſi. vbi punitur factum, ⁊ non qualitas. ⁊ ſic vnũ ſeparatim ab

ziui ab alio conſideratur. Facit ff. de fur. l. is qui opem. vbi pre-
ſtans punitur reſpectu furti, non reſpectu qualitatis, ſcꝫ mani-
feſti. Si vero pena facti, ⁊ qualitatis non eſt diuiſibilis, ſeu ſe-
parabilis, vt puta confeſſus, punitur in corpore, ⁊ tūc propter
iſtam connexitatem, niſi confiteatur totum, non habet vt con-
feſſus, ⁊ ſic punietur vt negans, argu. de ſtat. lib. l. ſi duobus. §.
j. Iſtius enim negationis effectus in partes ſcindi non poteſt.
vt l. in executione. §. ſecunda ſpecies. de verb. obli. Nam in iſtis
indiuiduis non poteſt niſi inſolidum peccari, vt l. eadem. §. Ca-
to. de verb. oblig. ¶ Ad hoc tamen aduertendum: qꝛ vbicunqꝫ
dixi negantem qualitatem puniri, vt negans, vel in totum, vel
in partem, intellige ſi illa qualitas fuerit per aduerſam partem
probata plene, alias ſecus, vt l. eum qui. in princ. de iureiur. ⁊ C.
ad l. aqu. ll. l. contra negantem, adeo, ꝙ vt puto non ſufficeret, ſi
probarentur preſumptiones, ex quibus reus poneretur ad tor-
turam, ex qua ſequeretur confeſſio. nam dicte leges requirūt ꝙ
illud qꝺ eſt negatum probetur. Sed iſte non probauit illud qꝺ
eſt negatum, ⁊ preſumptiones eius non ſufficiunt. vnde cū non
extiterit conditio, quam leges requirunt, non poteſt puniri vt
negans. Circa ſecundum vero, quando ſtatutū hoc ſtatuit per
modum premij, vt ei, qui fuerit confeſſus, minuitur pena, tūc in-
diſtincte dico quod negans qualitatem puniatur vt negās, nec
habebit beneficium confitentium, vt l. etiam ſi partis. de leg. j.
de ann. leg. l. Meuius. in prin. de man. teſt. l. ſi ita ſit ſcriptum.
⁊ l. qui filiū. §. fi. ⁊ ad l. Falcidiam. l. beneficio. que leges hoc pro-
bant ſic. Quando alicui conceditur beneficium propter aliquid
niſi illud totū adimpleat, beneficium perdit, vt d. l. etiam ſi par-
tis, de lega. j. not. de his quib. vt indig. l. poſt legatum. §. amitte-
re. quod eſt verum etiam ſi totum factum adimpleat, ſed in qua-
litate deficiat, vt d. l. Meuius. in prin. de ann. lega. ⁊ de manu. te-
ſta. l. ſi ita ſit ſcriptum. ⁊ l. qui filiam. §. fin. Et predicta vera ſiue
aggrauaret aliam partem onere probandi, ſiue pars in ſe ſuſci-
piat, Sufficit enim quod ipſe conetur effectum ſue cōfeſſionis
infringere, quia tunc illo beneficio confeſſionis eſt indignus, vt
d. l. beneficio. ff. ad l. Falci. ¶ Item hoc caſu non eſt curandum
de illis diſtinctionibus, an illam qualitatem poterit probabili-
ter ignorare, vel non, quia quando aliquis vocatur ad premiuꝫ
ſub ſpe certe confeſſionis, intelligitur quod confiteatur ſimpli-
citer, ſiue de eo quod pertinet ad ſe ſiue ad alium, quod patet in
premio quod eſt ſtatutum his qui ſe deferunt. Nam intelligi-
tur quod ſe deferant, etiam de eo quod ipſi poterant probabili-
ter ignorare, vt patet de iur. fiſ. l. ſecunda. §. fi. eo. tit. Concludi-
tur ergo, quod indiſtincte perdat tale beneficium ſi venit con-
demnandus ex illa qualitate negata, factis probationibus. Ex
predictis apparet reſponſum ad omnia contraria. Et ſic eſt fi-
nis. Bart.

¶ Diſputata fuit hec queſtio per do. Bar. de Soxoferra. mi-
nimum inter legum Doctores, in Ciuitate Peruſij Anno do-
mini Mcccl. die xxj. menſis Decembris.

### ADDITIO

a ¶ Per Italiam. Vide ⁊ adde ad dicta Bar. hic qꝺ notat ideꝫ
Bar. in l. qui vxori. §. quid tamen. verſi. item iſte. §. ⁊ ibi apoſtil-
lam meam. ff. de adul. ⁊ Alex. in l. eum qui. de iureiur. ⁊ Ang. de
aret. in §. ex maleficijs. vij. colum. inſti. de actio. ⁊ Bart. in conſi.
cxxv. in ij. volu. incip. ſtatutum ciuitatis Aretij. ⁊ an qualitate
delicti adiecta, ⁊ non probata debeat ſequi abſolutio, vide bar.
in conſi. cxv. in ſecundo vol. incip. punctus queſtionis talis eſt,
quidam accuſauit.

## QVÆSTIO IX.

1 Iudex, qui per imperitiam male iudicauit, tenetur ex quaſi maleficio.
2 Delictum quod in actu ſententie perficitur ſententia, ⁊ appellatione ſecuta non dicitur eſſe perfectum.
3 Quando ab initio alicui competit actio propter aliquod intereſſe, ſi deſinat intereſſe facto ipſiꝰ actoris, deſinit actio effectualiter competere.
4 Actio que datur in magiſtratum delinquentem in officio, dicitur ſubſidiaria.
5 Sententia quando non ledit partem iudex non facit litem, nec tenetur ex quaſi maleficio.
6 Actiones quando ſunt diuerſe vna penalis, ⁊ alia perſecutoria, vna non tollitur per aliam, nec per exceptionem, nec electioneꝫ.
7 Actiones quando ſunt plures competētes ad diuerſa, ſiue contra eundem ſiue contra diuerſos, ex diuerſis cauſis poſſunt ſimul agitari.
8 Sententia lata in cauſa appellationis qualitercunqꝫ iudex veniret condemnandus.
9 Si beneficium vni parti conceditur, illo beneficio alius contra illum, cui conceditur, vti non poteſt eo inuito.

a IVdex [a] per imperitiam iudicauit contra ius
litigantis, ⁊ a parte ſuccumbente exti-
tit appellatum a tali ſentētia. Nūc quero an dictus
iudex tempore ſyndicatus ob hoc poſſit effectuali-
ter conueniri vel non. Et primo ad partē magis fauorabilē, ſci-
licet negatiuam quod non poſſit effectualiter conueniri, proba-
1 tur pluribus rationibus. ¶ † Et primo, certum eſt quod iudex
qui per imperitiam male iudicauit, tenetur ex quaſi maleficio,
⁊ perceptione facta ab vno ceteri liberantur, vt inſti. de oblig.
que ex quaſi malefic. in princi. ⁊ ff. de actio. ⁊ obli. l. ex maleficijs.
§. ſi iudex. de varijs ⁊ extraordina. cogni. l. fi. ſed natura eorum,
qui tenentur ex quaſi maleficio eſt, vt perceptione facta ab vno
ceteri liberentur. ff. de his qui deiece. vel effu. l. perceptione. ⁊ ff.
nau. caup. ſtab. l. licet. §. poſſumus. Iſte aūt, qui appellauit, ſta-
tim conſecutus eſt qꝺ voluit, qꝛ ſcilicet appellatio ſtatim iudi-
catum extinguit, vt l. j. in fi. ff. ad Turpi. ff. de his qui no. infa. l.
furti. circa princi. ff. de iniuſ. teſta. l. ſi quis exheredato. §. hi au-
tem. cum ſimil. Si igitur iam conſecutus eſt id, in quo eſt leſus,
videtur qꝺ talis iudex nō poſſit effectualiter conueniri. Secun-
do probatur ſic. Quādo culpa vnius trahit ad ſe obligationeꝫ
alterius principaliter obligati, vterque pariter principalis te-
neatur, vnius electione, alter liberatur, ⁊ maxime cuꝫ vna actio
eſt ordinaria, alia extraordinaria, vt C. de furt. l. manifeſti. §. j.
nau. caup. ſtab. l. iij. §. nouiſſime. ⁊ l. licet. §. poſſumus. Modo in
propoſito, culpa iudicis trahit ad ſe obligationē principalem,
facit enim litem ſuam, vt inſti. de ob. que ex quaſi malefi. in prin.
cum ſimi. ſ. alle. ergo principali electo per appellationem iudex
eſt liberatus, ⁊ ſic tēpore ſyndicatus nō poſſit effectualiter con-
2 ueniri. ¶ † Tertio probatur ſic. Delictum, quod in actu ſente-
tie perficitur ſententia lata, ⁊ appellatione ſecuta nō dicitur eſ-
ſe perfectum, vt ff. de bo. lib. l. qui cū maior. §. accuſaſſe. Facit eo-
dem tit. l. ſeruitutem. §. petijſſe. de inoffi. teſ. l. Papinianus. §. me-
miniſſe. Sed hoc quaſi delictum perficitur ſententiando. ergo
appellatione ſecuta non poteſt dici delictum eſſe commiſſum ⁊
ſic iudex non poterit effectualiter conueniri. ¶ Quarto proba-
tur ſic. Aliquid non eſſe ab initio, vel eſſe ⁊ tolli per actum, qui
retro fingat non eſſe, paria ſunt. l. proinde. ff. ſi cert. peta. l. ſi ſer-
uum filij. §. j. de leg. j. de reb. dub. l. quedam. ff. de ſol. l. qui res. cir-
ca princip. de cap. l. retro. cum ſimi. Sed per appellationem fin-
gitur ſententiam non fuiſſe retro latam, vt ff. de his qui no. infa.
l. furti. circa princip. ⁊ ibi nota. ad Turpi. l. j. in fi. ergo habetur
perinde, ac ſi non fuiſſet lata, ⁊ ſic non poteſt effectualiter cōue-
3 niri. ¶ † Quinto probatur ſic, Quando ab initio alicui compe-
tit actio propter aliqꝺ intereſſe ſi deſinat intereſſe facto ipſius
actoris, deſinit actio effectualiter cōpetere, vt l. ſiue manifeſtus.
§. final. cum l. ſequen. ⁊ l. ⁊ ideo. de condi. furti. Sed in queſtione
propoſita actio competebat contra iudicem propter intereſſe:
quia partem leſerat, ſed deſinit intereſſe facto ipſius appellan-
tis, ergo videtur ꝙ non poſſit effectualiter conueniri. ¶ Sexto
probatur ſic. Aut ſuper illa appellatione fuit pronunciatū be-
ne appellatum, ⁊ ſic prima ſentētia reſciſſa, ⁊ tunc deſinit inter-
eſſe, ergo iudex non poterit effectualiter conueniri, vt ſ. dictum
eſt. Aut fuit pronunciatum male appellatum, ⁊ ſic prima ſentē-
tia confirmata. ⁊ idem ſcilicet, quod iudex non poterit effectua-
liter conueniri: quia in iſtis quaſi maleficijs abſolutoria lata ſu-
per vno parit exceptionem rei iudicate ſuper alio, vt l. licet. §. fi.
ff. nau. caup. ſtab. Aut appellatio pendet, ⁊ tunc idem: quia non
poteſt conueniri. ¶ Nam pēdet talis cauſa principalis, ⁊ abſo-
lutoria lata in eo, parit exceptioneꝫ rei iudicate in iſta, ergo, ⁊c.
vt l. fundi. ⁊ l. fundum. ⁊ l. ſed ſi ante. ff. de exceptio. ⁊ ſic nullo mo-
do talis iudex poterit effectualiter conueniri. ¶ Septimo pro-
batur ſic. Non debet eſſe melioris cōditionis actio ſubrogata,
4 quam ea in cuius locum ſubrogatur. ¶ † Naꝫ actio que datur
in magiſtratum delinquentem in officio dicitur ſubſidiaria, ⁊
ita demum competit ſi parti leſe contra principalem nō poteſt
aliter eſſe conſultum, vt C. de magiſ. conue. l. j. in princ. ff. de tut.
⁊ rat. diſtra. l. j. §. nunc tractemus. cum ſimi. Sed huic parti leſe
poterit aliter eſſe conſultum proſequēdo appellationem in ali-
quo contra principalem, ergo videtur quod iudex nō poſſet ob
hoc cōueniri. ¶ Octauo probatur ſic, Quando vnus tenetur
directo. ⁊ alius per quandam conſequentiam ratione imperitie
doli, vel culpe, ⁊ ille, qui principaliter tenetur, eſt paratus in ſe
ſuſcipere iudicium, alius liberatur, vt ff. de nox. l. de illo. in prin-
cip. ff. de alien. iudi. mu. cau. fac. l. iij. §. fi. de petitio. here. l. ſed ⁊ ſi.
§. item ſi rem. in fi. §. ſꝫ in queſtione noſtra iudex tenetur ex qua-
dam conſequentia ratione culpe, ſeu imperitie, ergo principali
parato ſuſcipere iudicium appellationis iudex nō poterit con-
ueniri. ¶ Nono probatur ſic, Delictum iudicis male iudicātis
⁊ procuratoris equiparātur, vt C. de pena iudi. qui male iudic.
l. j. ⁊ ij. ⁊ de aduo. diuer. iud. l. j. ⁊ ibi no. Sed ego habeo qꝺ ſi ſen-

tētia dicatur male lata propter factum procuratoris, ꝛ ſi prin-
cipalis eſt paratus iudicium ſuſcipere in ſe, procurator tamen
non pōt conueniri, vt ff. de dolo. l. ꝛ eleganter. §. pen. ꝛ ff. man. l. ſi
procurator. in prin. ꝛ ibi no. Facit ad hoc qđ dictum eſt ſ̄. pro-
xi. arg. ergo hic cum principalis iudicium ſuſpiciat, iudex non
5 poterit effectualiter cōueniri. ¶ †Decimo probatur ſic, Quā
do ſententia non ledit partem, iudex non facit litē ſuam nec te-
netur ex quaſi maleficio, vt ff. de var. ꝛ extraord. cogni. l. ſi. ꝛ ibi
no. in gl. ibi i. ſententia nulla. ſed per appellationem ſententia an-
nullatur. ¶ Item pro hoc pene que ſtatuuntur in iudicem ini
que iudicantem, habent locum, ſi ſententia habuerit effectum,
vt l. j. in fi. ff. qđ quiſqꝫ iur. Sed in queſtione noſtra non habuit
effectum propter appellationem partis, ergo iudex non poteſt
effectualiter conueniri.

6 **Econtra** qđ iudex poſſit cōueniri probatur aliis de-
cē rōnibus. ¶ †Primo ſic, Quādo ſunt di-
uerſe actiones, vna penalis, ꝛ alia perſecutoria, vna nō tollitur
per aliam, nec per exceptionem nec electionem, vt ff. de condit.
fur. lege ſi pro fure. §. j. de fur. l. ancille. Sed actio, que datur cō-
tra iudicem qui male iudicauit, dicitur penalis, ideo dicitur in
tex. in penam ſuſtinebit, ꝛc. vt inſtitu. de obli. que ex quaſi delic.
in princ. de var. ꝛ extraordi. cog. l. fin. de actio. ꝛ obli. l. ex malefi-
ciis. §. ſi iudex. ergo electa appellatione, que eſt rei perſecutoria
non tollitur penalis, nec remedium, qđ datur contra iudicem:
ergo effectualiter iudex potuit conueniri. ¶ Secundo proba-
tur ſic, delictum iudicis, qđ in actu committitur appellatione
ſecuta non tollitur, ſed quantum ad iudicem non tollitur pena,
ſed firma remanet, vt ff. de his qui. vt indig. l. poſt legatū. §. ſunt
qui putant. ij. reſpō. vbi videtur caſus noſtre queſtionis. Si igi
tur delictum iam per iudicem fuit perfectum tempore ſenten-
tie, ꝛ remanet appellatione ſecuta, ergo pōt conueniri effectua-
liter. ¶ Tertio probať ſic, In his actionibus que ad intereſſe
competunt, ſeu propter intereſſe, ſufficit ab initio, licet poſtea
deſinat intereſſe. ff. de fur. l. inter omnes. in prin. ꝛ de edend. l. vbi
autem. §. j. ꝛ ff. ſi quis cau. l. qui autem nouo. §. j. cum ſi. ꝛ ibi no.
ſed hic ab initio tempore ſentētie late interfuit licet poſtea per
interpoſitionem appellationis deſinit intereſſe, debet actio re-
7 manere, ꝛ ſic iudex poterit effectualiter conueniri. ¶ †Quarto
probatur ſic, Quando ſunt plures actiones competentes ad di
uerſa ſiue cōtra eundem ſiue cōtra diuerſos, ex diuerſis cauſis
poſſunt ſimul agitari. l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdi. omnium
iudi. ꝛ l. ſi. de ann. excep. ꝛ no. per Dyn. extra de reg. iur. ca. nul-
lus. ꝛ maxime cum ſententia lata in vna non parit exceptionem
rei iudi. in alia propter diuerſitatem rerum, cauſarū, ꝛ perſona-
rum, vt ff. de excep. rei iud. l. cum queritur. l. ſeq. C. qui. res iudi.
non noc. l. j. ꝛ per totum ti. res inter alios acta. in rubro ꝛ nigro
Sed he actiones ſunt huiuſmodi quia cōpetūt cōtra diuerſos
ꝛ ex cauſis diuerſis: quia vna eſt ex quaſi maleficio, alia ex alio.
¶ Item ad diuerſa: quia iſta que datur contra iudicem, datur
ad id, quod equum iudicātis religioni videbitur, alia ad aliud.
ergo poſſunt ſimul proponi, ꝛ ſic iudex poterit effectualiter con
ueniri, ꝛc. ¶ Quinto probatur ſic. Certum eſt ꝙ ſi per factū iu
dicis iuſtitia partis differtur, iudex venit puniēdus, vt C. de iu
di. l. properandum. §. ſin autem. ꝛ in auth. de mā. prin. §. ſit tibi. ꝛ
§. ſeq. ꝛ in aut. vt diffe. iu. §. j. licet dicatur ꝙ puniatur criminali
ter pena fiſco inferenda: tamen idem de pena inferenda parti. ſ.
de intereſſe ad qđ datur actio in factum deſcendens ex quoli-
bet crimine, vt l. nec quicquā. ff. pro ſocio. ꝛ l. qui nomē. ff. de fal.
ſed ſine dubio iſte iudex, qui malam ſententiam tulit, diſtulit iu-
ſtitiam: quia facit partem appellare, ꝛ vocare per alia iudicia, ergo
ob hoc ſaltem poterit effectualiter conueniri. ¶ Sexto probať
ſic. Vbi lex generaliter loquitur, ꝛ nō diſtinguit, nec nos diſtin
guere debemus, vt l. iij. ff. de offi. preto. de publician. l. de pretio.
qui ꝛ a quibus. l. proſpexit. cum ſimi. ſed lex generaliter dicit iu
dicem qui male iudicauit teneri, nec diſtinguit vtrum fuerit ap
pellatum vel nō, vt dictis legibus, ꝛ inſti. de ob. que ex quaſi de
lic. naſcuntur. in prin. ꝛ l. ſi. de var. ꝛ extraor. cog. nec per aliā le-
gem reperitur diſtinctū, ergo nec nos debemus diſtinguere, ꝛ ſic
8 iudex poterit effectualiter cōueniri. ¶ †Septimo probatur ſic
Nō debet eſſe melioris conditionis qui eſt in ſtatu dubio, quam
qui eſt in ſtatu certo, vt l. Julianus verum debitorem. ff. de cōd.
indeb. l. j. in princip. ff. de lega. iij. ꝛ ff. ad Velle. l. aliquando. Sed
poſito quod ſententia eſſet lata in cauſa appellationis, ꝛ quali-
tercunqꝫ iudex veniat condemnandus, ergo ꝛ nunc appellatio-
ne pēdente. ꝙ probo, Aut enim pronunciabitur bene appella-
tum, ꝛ tunc multo magis iudex condemnabitur: quia tunc dete
cta eſt iniquitas ſua. vt l. a procōſulibus. in fi. C. de app. aut ecō-
tra, fuit pronunciatū bū iudicatum, ꝛ male appellatū, ꝛ tunc iu
dex appellationis faciet iniuriam appellanti, qꝛ nos preſuppo
nimus in themate, ꝙ ſentētia lata fuit iniqua, ꝛ ſic illa iniurioſa
ſentētia non egreditur perſonas inter quas fuit iudicatū, vt l.
ſi per imprudentiā. ff. de euic. de fideiuſ. l. exceptione. ergo iudex
illa ſentētia vti nō poterit, ꝛ ſic poſſet iudex effectualiter conue
9 niri. ¶ †Octauo probatur ſic, Si beneficium vni parti cōcedi
tur, illo būficio alius contra illū, cui cōceditur, vti nō pōt co[n]-
uito, vt l. ſi iudex circūuento. ff. de min. ꝛ de excu. tuto. l. amiciſſi
mos. in fi. facit ff. de leg. l. nulla. C. eo. l. qđ fauore. ſꝫ in queſtione
noſtra beneficium appellādi eſt conceſſum parti ſuccūbenti, vt
impedit,quin epiſcopo debeatur portio per canones,ꝛ ſtatuta.
Reſpondetur ꝙ monaſteriū habet ex diſpoſitione legali:tamē
habet ſtatim ꝛ immediate nullo alio actu interueniente:ꝛ ideo
donator,vel teſtator poteſt legē imponere ipſi monaſterio, cui
acquiri debet,ſicut monacho,vt ff.de lega.j.l.cum filio.in princ.
ꝛ de leg.ij.§.ſi alienus.in princip.cum ſimilib.ꝛ ſi hanc acquiſi-
tionem,que fit ex legis diſpoſitione,voluit prohibere teſtator,
vt in ſimili.ff.quādo dies lega.ced.l.ꝛ vſuſfructus.§.ſi ita.ꝛ C.de
bonis que libe.authen.excipitur.Nec ob.dictum capi.requiſi-
ſti.Nam illa portio,que debetur heredibus,ꝛ ideo etiam cōtra
voluntatem teſtatoris.l.Titia.ad leg.Falcid.ideo teſtator non
poteſt prohibere Falcidiam de iure aliquo. l.quod de bonis.§.
j.ad leg.Falcid.ꝛ ſic etiam nec portionem que debetur epiſco-
po,dicto ca.requiſiſti. Sed iſta acquiſitio, de qua loquimur ex
voluntate defuncti,vt dixi,ideo poteſt ſua voluntate prohibe-
re,ꝛ valet prohibitio, niſi dicta verba alium intellectum habe-
6 rent. ¶ †Secundo probatur ſic, Impoſſibilis vel turpis condi-
tio,vel modus reijcitur,ne vitietur diſpoſitio in vltima volun-
tate,vt ff.de conditioni.ꝛ demonſtrationi. l. obtinuit, de condi.
inſtit.lege prima.C.de inſtitution.ꝛ ſubſtitutionib.lege,repre-
hendenda. ¶ Item reijcitur de contractibus bone fidei, vt le-
ge,inſulam.ff.loca.Sed quod monachus habeat ita quod Mo
naſterio non queratur, eſt turpe, ꝛ de iure impoſſibile, vt extra
de ſtatu monachorum, capitulo ſecundo, ꝛ capitulo, cum ad
monaſterium.ergo reijcitur, ꝛ valebit relictum. ¶ Item do-
natio , que ſecundum quoſdam eſt hodie contractus bone fi-
dei. Reſpondetur quod non eſt impoſſibilis, neque turpis,
ſecundum ſanum intellectum, ꝛ ideo non reijcitur, vt patet
7 ex ſolutione. ¶ Tertio probatur ſic,quando in contractu ap-
ponitur aliquod pactum , quod eſt contra ſubſtantiam con-
tractus,vel contra naturam rei,que in contractu ſeu diſpoſi-
tione deducitur, tale pactum eſt nullum, vt ff. de precarijs.
lege,cum precario. ꝛ ff. ſi vſufructus petatur. lege prima. §.
primo. Sed ita eſt in propoſito,ergo relictum , ꝛ donatio eſt
valida, ꝛ pactum quod Monaſterio non queratur , non va-
let. reſpondetur quod recte intelligendo non eſt contra ſub-
ſtantiam eius, de quo agitur. vt patet in ſolutione. Quar-
to ſic, Sicut hic eſt quicquid Monachus querit, Mona-
ſterio queritur: ita quicquid querebat filius olim , querebat
patri, excepto caſtrenſi peculio , vel quaſi , vt ff. de acquiren-
da hereditate. lege, placet. ꝛ ſi a parente quis fuerit manumiſ-
ſus.lege prima. Et idem hodie in profectitijs , vel aduentitijs
quo ad vſumfructum.Sed de iure antiquo ſi relinquebatur fi-
lio hoc acto,quod patri queratur,valebat relictum,vt ff.quan-
do dies legati cedat.l. ſi vſufructus. §. ſi ita quis. ꝛ notatur in
authentica,vt liceat matri ꝛ auie.in princip.ꝛ etiā hoc poteſt
fieri,vt d.autb. vt liceat matri ꝛ auie.ꝛ C.de bonis que liberis.
auth.excipitur.ergo eodem modo iſtud relictum , vel donatio
valebit Reſpondetur,ꝙ non eſt bona equiparatio filij ad Mo
nachum:cum de iure filiuſfami.poteſt aliquid habere propriū
tamen d.§.ſi ita bene facit, vt dicam in ſolutione. ¶ Quinto

etiam ſi Abbas fuerit preſens, ⁊ diceret ꝙ Monaſterio nō queratur: tamen ipſi Monaſterio queretur, vt ff. de ver. oblig. l. ſeruus vetante. ⁊ de acquir. rerū domi. l. etiam inuitis. ergo eadem ratione quando ipſe Monachus, vel teſtator talē legem impoſuit. Reſpondetur qđ lʒ Abbas non poſſit facere ne ſibi queraẗ tamen, concedens pōt facere vt res ſua trāſeat ad alium eo inuito, vt l. id qđ noſtrum. de reg. iur. ¶ Sexto probatur per legem que dicit. Si teſtator relinquit, vel donat aliquid ad aliquē piū vſum, epiſcopus debet prouidere, vt executioni mandeẗ, lʒ teſtator, vel donator prohibuerit, vt in auth. de eccl. titu. §. ſi autem pro redēptione, poſito. C. de epiſc. ⁊ cler. ſuper l. nulli. authēt. lʒ teſtator. ergo eodē modo ſi ꝓhibet donator vel teſtator ne monaſterio acquiratur. Reſponde ibi teſtator facit quandā prohibitionem circa quedam adminicula, que non dependent ex voluntate teſtatoris, hic vero fuerunt appoſita ipſa verba circa ſubſtantiam relicti, quia volebat queri monacho, non monaſterio, ⁊c.

1 ☞ Alienatio quando prohibetur in certam perſonam, ſi ad illam vadit, iure legitimo eſt locus reuocationi.
2 Monachus an poſſit eſſe executor ſine licentia prelati.

**Solutio.** Chriſti nomine inuocato, dico prout dicta queſtio querit de donatione, ⁊ ſi fuerit contractus celebratus cum Monacho, quod dicta adiectio, quod Monaſterio nullum ius queratur, in dubio videtur adiecta dolo Monachi, ⁊ Monaſterio non preiudicat. caſus eſt ff. de ſtipulatio. ſeruorum. l. fi. ⁊ ibi not. Ad quod optime facit. ff. de caſtren. pecu. l. ſi forte. vbi licet in donatione adijciatur quod ſit caſtrēſis peculij, ⁊ ſic patri non queratur, tamen patri non preiudicat. Sed prout loquitur de relicto facto in vltima voluntate, ⁊ ſic cum monacho nil eſt geſtū, tunc non cadit illa preſumptio fraudis. Dico tamen qđ dicta verba debent ſic intelligi, ꝙ monaſterio nullū ius queratur. ſ. inuito Monacho. Sed ipſo Monacho volēte Monaſterium potuit petere, vel etiam ipſe Monachus, vt ſyndicus Monaſterij. Quod probo, in caſibus in quibus ſolutio collata in Monachū ex diſpoſitione iuris nō refertur ad Monaſteriū, illud intelligiẗ niſi volēte Monacho vt dicitur de ſeruo. ff. de ſolution. l. ſtichū aut pamphilū. §. vſumfructū. verſi. ceterum facit. de conditio. ⁊ demon. l. qui heredi. in princ. ita hic cum ex diſpoſitione hominis relictum factū Monacho, non referaẗ ad Monaſterium. Pro quo facit, qꝛ quādo teſtator rē legatam iuſſit ſimpliciter non alienari, talis prohibitio non valet, qꝛ eſt nudū preceptum factū in fauorē legatarij, ⁊ ſic alienando pōt ei renunciare, vt ff. de le. j. l. filiuſfa. §. diui. ⁊ de leg. iij. in l. pater. §. Julianus. ita in propoſito talis prohibitio, ſ. ne Monaſterio queratur, fuit facta fauore Monachi, vt ipſe magis libere habeat. Poteſt ergo ipſius voluntate facere vt Monaſterio acquiratur: ⁊ ſi Monaſterium ſine eius volūtate peteret, puto quod repelleretur: hic eſt caſus. ff. quando dies lega. ced. l. ſi vſuſfructus. §. ſi ita. Poſtquam autem Monachus ſemel voluerit, ⁊ ſic fuerit queſitum Monaſterio. mutare volūtatem non poterit, vt ff. de optione leg. l. Apud Aufidium. Et predicta quando dicta verba ſcʒ, id quod Monaſterio nō queratur, ſic nude ponunẗ, vt ſ. dixi. Sed quid ſi adijciatur quod ſi Abbas petierit, vel aliquod ius ſibi vendicauerit ꝙ reuertatur ad concedentē, vel ꝙ vadat ad tertiū, tunc ſi quidē hoc fiat in cōtractu celebrato cū Monacho, idē ꝙ ſ. qꝛ preſumitur in dubio factū per fraudē. per eandē legem. Si vero alias, tunc queſtio habeat plus dubij. Et oſtēdo, qꝛ etiam ſi volūtate Monachi Monaſterium petat, tertius admittatur ad repetēdum qđ
1 probo. ¶ †Quando alienatio prohibetur ad certā perſonam ſi ad illam vadit iure legitimo, locus eſt ruocationi, vt ff. de leg. iij. l. Lucius. §. matre. ⁊ de ver. ob. l. ita quis. §. ea lege. ⁊ ibi no. Debuit eīn curare Monachus, ne ad Monaſteriū perueniret. Preterea quando prohibeẗ alienatio, ⁊ adijcitur perſona, in quā vadat, ſi alienetur, tūc illius perſone fauore videẗ facta prohibitio, ⁊ facta alienatione ille admittitur ad reuocādū, vt l. filius. §. diui. de leg. iij. l. pe. in principio ⁊ per totā. l. niſi ille conſenſit, qꝛ ad reuocandū poſſet admitti. l. nihil. §. omnibus. ff. de leg. j. ⁊ de leg. iij. l. cum heres. §. libertis. C. de fideic. l. quoties. Voluntas ergo Monachi non impedit illos venire ad reuocādum. Contrariū puto. Ad cuius euidentiā premitto quod l. Lucius Titius. §. matre. Loquitur quando fuit prohibitum venire ad illos propter odium ipſorū que ratio ceſſat in Monaſterio. cū nō poſſit cauſa odij, vel ingratitudinis committere. C. de inoffi. teſtamen. l. ſi quis in ſuo. §. legis. nec capitulū Monaſterij pōt delinquere de facili, vt l. j. ff. quod cuiuſqʒ vniuer. no. de dolo. l. j. §. j. vnde non eſt veriſimile quod hoc odio Monaſterij fuerit factuʒ, ſed fauore Monachi, vt liberius dictā rem haberet, ſicut dicimus in filio qū relinquitur filio, ſi morte fuerit effectus ſui iuris, funere eīn filij dicitur. Et ideo etiam ſi alio modo efficitur ſui iuris, conſequitur legatum, vt ff. qū dies leg. ced. l. ſi ita. ⁊ C. de inſtit. ⁊ ſubſti. l. ſi mater. cum ſi. voluit ergo teſtator per illa verba. qđ ſi Monachus non haberet ſm ſuam voluntatem, qđ reuertatur ad ſuos, vel ad tertium, lʒ in hoc ſit etiā fauor ſerui, vel illius tertij. qꝛ ſi contra fiet, debet deuenire ad eos. Hoc premiſſo, arguo ſic, quando rei alienatio per teſtatorē prohibetur adiecto qđ ſi ſecus fiat, veniat ad alium, ſi illius rei fiat alienatio neceſſaria, ille tertius non admittitur ad reuocandū, etiam ſi cauſa neceſſitatis veniat ex parte eius cui eſt relictū, vt ff. de lega. ij. l. peto. §. prediuni. vbi expreſſe dicitur qđ non pōt reuocari in vita illius cui relictum eſt, imo nec poſt mortē eius, ſi res deueniat ad legitimum. Sed in propoſito hoc ꝙ acquiritur Monaſterio, ex neceſſitate eſt, ergo ille tertius non admittitur ad reuocandū viuo Monacho, nec poſt eius mortem: cū hoc tanquā legitimus habeat. Sed dices, hoc fuit monacho volēte, vt dictū eſt in precedētibus, ergo eſt voluntatis, non neceſſitatis. Reſponde, ſi monachus vult pro ſe, neceſſitatis eſt qđ ſit Monaſterij. ¶ Secūdo probo ſic. In vſu ⁊ vſufructu eſt tacite per legē prohibitum ꝙ in alium transferatur, ⁊ ſi ſecus fiat, quod ad dominum reuertatur, vt inſti. de vſufruc. §. finitur. Pone ergo, quod vſuſfructus relictus eſt ei, qui non pōt habere, niſi in alium transferatur, vt in ſeruo, qui quicquid querit, acquirit domino. vt ff. de acqu. re. do. l. acquiritur. ⁊ eſt certum quod ſolum contemplatione ſerui factū eſt. Certe ipſi domino queritur vſuſfructus, tamen finitur eo caſu, quo finietur, ſi ille ſeruus liber fuiſſet, vt ff. de vſufruc. l. qui vſumfructū. §. ſi. in prin. prout eſt ibi in litera. ſerui Titio. ⁊ ff. de vſu ⁊ habit. l. plenum. §. ſi vſus. ⁊ C. de vſufruc. l. fina. ⁊ ibi no. Ita in propoſito dicēdum eſt qđ per predicta verba non impeditur, quin Monaſterio queratur ius eodē modo quo poſſet queri, ſi monachus eſſet liber homo ſcʒ ipſo monacho volēte: ⁊ illa verba, ſcʒ, ſi Monaſterium aliquod ius petierit, vel vindicauerit in dicta re, intelliganẗ ſi hoc ſequatur monacho volēte. ¶ Tertio probatur, qꝛ iſta pena imponitur monaſterio, vt perdat res, ſi ipſas vendicauerit, ⁊ hoc fit in fauorē Monachi principaliter, vt dictum eſt, ergo iſta pena non cōmittiẗ ſi monachus cōſentiat, ſicut dicimus in penis legalibus. de in ius vocan. l. quamuis. de lib. ho. exhi. l. iij. §. ſi quis volente. de fur. l. inter omnes. §. pōt. de iniur. l. j. §. vſqʒ adeo. cum ſi. ¶ Sed contra predicta opponiẗ ꝙ monachus non habet velle, nec nolle ſine licentia Abbatis, etiam cum tractatur de acquirendo: vt xviij. q. ij. c. non dicatis. ⁊ de ele. c. ſi religioſus. ⁊ de ſepul. c. fi. lib. vj. Sic ergo dicta verba nō poſſunt intelligi dicto modo, ſcʒ ⁊ ſi Monachus voluerit. rn̄de verū eſt, ꝙ monachus non poterit velle ſine licentia Abbatis, quā Abbas debebit ſibi concedere. Si vero cogeret monachū ad nolēdum, tunc vēdicaret ſibi ius in recōtra voluntatem teſtatoris, ⁊ incideret in dictā penam. vt ad alium deueniret, hoc eīn voluntate monachi ei perſonale eſt, vt dicitur. ff. de verbo. obli. l. ſi ſtipulatus fuerim. ⁊ l. ſin. in prin. facit
2 extra, de teſta. c. fin. lib. vj. †vbi licet monachus nō poſſit eſſe executor ſine licentia prelati, tamen officium executionis nō tranſit in prelatum, ⁊ ita in propoſito, licet monachus non poſſit velle ſine licentia prelati, tamen iſta voluntas non tranſit ad monaſterium ſed ipſius monachi voluntas requiritur. Facit optime opin. eorum qui dicunt qđ prelatus poterit adire hereditatem vbi Monachus velit, ſicut dicimus in ſeruo. C. de here. inſti. l. cum proponas. de quo per Jo. and. extra de proba. c. in preſentia. Et ſic concludo ꝙ predicta verba, ſi monaſteriū petierit, ⁊c. intelligantur ipſo monacho volente, ⁊ ſic poteſt intelligi ꝙ no. in l. Lucius. §. tres heredes. ad Trebellia. Et predicta vera, qñ ſic expreſſit quod monaſterio nullum ius queratur. Si vero alias cauſas mendaces appoſuerit in teſtamēto per quas ſequeretur ꝙ volebat monaſterio queri, tunc ſimpliciter monaſterio non preiudicat, vt ff. de caſt. pec. l. ſi forte. facit qđ no. in auth. vt lic. matri, ⁊ auie. in prin. ⁊ ibi per gl.

¶ Diſputata fuit hec queſtio per Bar. de Saxoferrato legum doc. in ciuitate Peruſij, anno Do. Mccclvj. menſis Februarij.

## QVÆSTIO XIII.

1 ☞ Fideicommiſſarius vniuerſaliter ante reſtitutionem ſibi factam re, vel verbo non pōt ius aliquod in alium transferre, nec delegando, nec procuratorem conſtituendo in rem ſuam.
2 Diſpoſitiones inter viuos ſi non fiant, parte preſente, non valent.
3 Legatum quando eſt vnum nō poteſt pro parte repudiari, pro parte agnoſci.
4 Legatis ⁊ fideicommiſſis relictis ad pias cauſas, tranſit dominium ipſo iure, nulla expectata traditione, vel reſtitutione.

Eligen

5 Eligendi aliquem qui habet poteſtatem a teſtatore, vel lege po-
teſt illum eligere, etiam eo abſente.
6 Nominatio heredis quando fit, preſentia non eſt neceſſaria.
7 Fideicommiſſarius poteſt vnam rem ex tota hereditate pe-
tere,
8 Iuſſus rem inter alios diſtribuere, poteſt ipſius rei partem di-
ſtribuere, ⁊ partem omittere.
9 Nominati ab executoribus teſtamentarijs videntur nominati
in ipſo teſtamento teſtatoris.

8 **FIlium** adultum[a] teſtator inſtituit, ⁊ quan-
docunq̃ ſine liberis deceſſerit ꝑ exe-
cutores quos nominauit inter pauperes bona ſua
diſtribui mandauit. ¶ Qui filius hereditati pater
ne ſe immiſcuit, ⁊ ſine liberis deceſſit, executores quoſdã paupe
res nominauerunt, ⁊ inter eos ſolo verbo diſtribuerunt certã
quantitatẽ de bonis, ⁊ hereditate predicta. ¶ Queriť, vtrũ he
redes dicti filij poſſunt conueniri a dictis pauperibus nomina
tis cum effectu in quantitate predicta. Et videtur quod non.
1 ¶ † Primo q2 dicta ſubſtitutio fuit fideicommiſſaria, ꝙ patet,
facta fuit enim adulto, ⁊ poſt aditam hereditatem. Sed per fi-
deicommiſſarium vniuerſalem ante reſtitutionẽ ſibi factam re,
vel verbo, non pȏt ius aliquod in aliũ transferri nec delegando,
nec procuratorẽ conſtituendo in rem ſuam, vt ff. de iure dotiũ. l.
ſi mulier. §. ex aſſe. ⁊ no. ff. ad Treb. l. reſtituta. in gl. ſuper verbo,
tua. ⁊ no. eod. tit. l. qui ita. §. j. ergo dicta nominatio, vel diſtribu
tio nullius eſt efficacie, ⁊ ſic heres conueniri non pȏt. ¶ Secũ-
do, q2 iſta nominatio, vel diſtributio, que fit verbo ſolo eſt actꝰ
inter viuos, qꝺ apparet, q2 etiam in vita executoris ſumit effe-
2 ctum. † Sed diſpoſitiones inter viuos ſi non fiant parte preſen-
te non valent vt ff. de interroga. act. l. fin. de confeſ. l. certum. §. ſi
quis abſente. ⁊ de re iudicata. l. furioſo. ⁊ qꝺ ibi no. Sed in que-
ſtione non preſupponitur dictos pauperes fuiſſe preſentes tẽ-
pore dicte diſtributionis, ⁊ nominationis, ergo non valet, ⁊ ſic
heredes conueniri non poſſunt. ¶ Tertio, q2 videtur ꝙ iſti exe
cutores ſeu diſtributores hoc debeãt facere preſentibus, vel re
quiſitis heredibus, ſcz vt videant, que vẽduntur, vel diſtribuũ
tur, vt lege qui legatum. de vſufruct. lega. de verborum obliga-
tionibus. l. ſi quis arbitratu. ⁊ quod ibi dixi, ⁊ quod not. Cy. C.
de contrahenda empt. l. finali. facit de adoptionibus. l. nam ita
diuus, de natalibus reſtituend. l. fina. Sed in queſtione noſtra
non preſupponitur quod heredes filij fuerunt preſentes, vel re-
quiſiti. ¶ Quarto, quia iſti executores habent poteſtatem di-
ſtribuendi dicta bona ſub nomine vniuerſali, ita qꝺ cõtineat de
bita, ⁊ credita, vt l. cogi. in principio ad Trebellian. ſed hic di-
ſtribuerunt certam quantitatem, ⁊ ſic aliter fuerũt quam teſta-
tor iuſſerit, ergo illis pauperibus nihil eſt acquiſitum, vt ff. ad
Trebellia. l. ſed ſi ante. vbi videtur textus. ⁊ dicta l. ſi mulier. §.
ex aſſe. de iure dotium. facit ad Trebellian. l. nam quod. §. non
3 omnis. ¶ † Quinto quando legatum eſt vnum non poteſt pro
parte repudiari, ⁊ pro parte agnoſci. l. ij. ⁊ l. neminem. de lega. ſe
cundo cum ſimi. idem ſi ſint plura legata, ⁊ vnum habet onus,
aliud non, vt dicta l. ſequen. ff. de lega. ij. Sed hic eſt vnum fidei-
commiſſum, ſcilicet quod bona diſtribuantur inter pauperes, ⁊
executores partem tantum diſtribuerunt, non totum ergo non
valet. Preterea, diſtribuere eſt de emolumento, non aũt de one-
re hereditatis, ⁊ ſic non valet, ⁊ heres non poterit conueniri.
¶ Sexto, quia iſti executores videntur fideicommiſſarij vni-
uerſales, vt dictum eſt, ⁊ infra dicetur, ⁊ ab eis poteſt dici reli
ctum pauperibus. Illi ergo pauperes electi debent petere ab
iſtis executoribus, non ab heredibus, niſi ceſſa actione. l. ſi lega
tarius. de legatis iij. ⁊ l. Imperator. in princip. de lega. ſecundo.
que actio ceſſa non proponitur, ergo heredes conueniri non
poſſunt.

b **Contra** [b] Quod heredes dicti filij poſſint cõueniri, ꝓ-
bať alijs rõnibus directe cõtrarijs preceden-
4 tibus. † Primo. In legatis ⁊ fideicõmiſſis relictis ad pias cau-
ſas tranſit dominium ipſo iure, nulla expectata traditione, vel
reſtitutione, vt C. de ſacroſanctis eccleſijs. l. fin. ſicut ergo facta
reſtitutione poſſunt pauperes eligere, ⁊ nominare, ita ⁊ nunc
quãdo facta eſt ipſo iure, arg. C. ad Trebel. l. pen. ff. de cõd. inſti.
l. que ſub cõditione. §. fi. ¶ † Secũdo ſic. Ille, qui habet poteſta
tem aliquam eligendi a teſtatore, vel lege, pȏt illum eligere etiã
eo abſente, quod patet q2 ſufficit ꝙ eũ nominet in teſtamẽto, vt
C. de ſecun. nupt. l. ſi quis prioris. §. ceterum. de leg. ij. l. vnum ex
familia. §. ſi duos. Sed conſtat qꝺ ea que fiunt in vltima volũta
te nõ requirunt preſentiã perſone: non eñ refert cũ quo quis lo
quať, vt de leg. ij. l. miles. in prin. ⁊ l. cũ pater. §. donationis. ergo
5 patet ꝙ non vitietur ratione abſentie nominati. ¶ † Tertio ſic.
Quãdo fit talis nominatio heredis, preſentia nõ eſt neceſſaria,
quod patet, quia fit in teſtamento, vt ſupra proxime dixi, ergo
heredis preſentia non eſt neceſſaria. l. no idcirco. C. de codi. hoc
enim patet ex l. ſerui electione. in princip. cum gl. ſua de legat. j.
vbi ponuntur omnia que requiruntur, vt valeat electio: tamen
non requiritur preſentia heredis. hoc etiam patet de dot. prele.
l. Theopompus. ¶ Quarto ſic. Iſti executores ſunt fideicom-
7 miſſarij vniuerſales, vt dictum eſt. † Sed fideicommiſſarius pȏt
vnam rem ex tota hereditate petere. vt ff. ad Treb. l. reſtituta. in
prin. vbi no. ¶ Item pȏt petere, vt vna res alteri ſoluatur, vt l.
ſeruo inuito. §. fi. ad Treb. ergo poſſunt pauperes in vna re no-
minari, vel in certa quantitate. Sic ergo nominatio valet ⁊ here
8 des poſſunt cõueniri. ¶ Quinto † ſic. Ille qui iuſſus eſt rem in-
ter alios diſtribuere poteſt ipſius rei partem diſtribuere, ⁊ par
tem omittere, vt ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. ſed ſi duos. vbi
valet diſtributio facta in illos duos de familia licet in reſiduo
non valeat. Ita in propoſito, licet pro parte diſtribuerit, ꝓ par
9 te non, vz nominatio, ⁊ heredes conueniri poterunt. ¶ † Sexto
ſic. Iſti, qui ſunt nominati ab iſtis executoribus, videtur nomi
nati in ipſo teſtamento teſtatoris, vt ff. de legat. ij. l. vnum ex fa-
milia. in princ. §. ſi de Falcidia. ⁊ ff. de here. inſtit. l. aſſe. ⁊ ſic he-
res poterit conueniri ac ſi teſtator ipſe hoc expreſſiſſet, vt dict. l.
vnum ex familia. in princ. §. ſi de familia. ff. de leg. ij. vbi videtur
caſus expreſſus.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶ Filium adultum. Alias incipit, Titius filium. de
iſta queſtione meminit Bar. in l. ſi quis Titio. in fi. prin. ff. de le
ga. ij. ⁊ ibi vide apoſtillam in l. hereditas. in fi. ff. de hered. inſtit.
⁊ ibi apoſtil. ⁊ vide Alex. in l. ſed ⁊ ſi ſic. in addit. Bar. ff. de leg.
iij. ⁊ in l. fundi. in vltima addi. ff. de vſufruc. leg. ⁊ Alex. in l. j. §. ſꝫ
quoties. in prin. ff. ad Treb. ⁊ in l. Centurio. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊
in conſi. iiij. in vij. vol. incip. attentis narratis. ⁊ in conſi. lj. in eo-
dem vol. incip. in caſu preſenti. Pet. Cor. in conſi. cccxx. in iij. vo
lu. incip. dubia quidem.
b ¶ Ad pias cauſas. Vide Iaſo. in l. fi. verſi. quinto habes. C. de
ſacroſan. eccl. vbi plene examinat iſtud dictum Bar.

1 ☞ Heredes vniuerſales ante reſtitutam hereditatem poſſunt
a legatarijs conueniri.

**Solutio.** Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine in-
uocato, ante omnia eſt ſciendum ꝙ tales
executores videntur fideicommiſſarij vniuerſales. Hoc eſt hi
quibus hereditas vniuerſaliter debeat reſtitui, nam ſi heredi-
tas relinquitur pauperibus iure directo. ⁊ nullus heres inſti-
tuať, dicti executores vicẽ heredis ſuſtinent. vt C. de epiſcopis
⁊ clericis. l. ſi quis ad declinandam. extra de teſtamen. cap. cum
tibi. ⁊ ibi per doctor. ⁊ per Ioan. Andre. eodem titulo. in capi.
cum Ioannes. ⁊ in Specul. de inſtru. edit. §. nunc vero aliqua.
verſicu. ⁊ ſcias. Eodem modo ſi relinquitur hereditas per fidei
commiſſum. vel omnia bona, vt in queſtione propoſita ad pias
cauſas, ⁊ non reperitur alius fideicommiſſarius vniuerſalis, ta
les executores vim fideicommiſſariorum vniuerſalium ſuſtinẽt
Caſus eſt de epiſcopis ⁊ clericis. l. nulli. circa princi. ⁊ in authẽ.
de eccleſia. titu. §. ſi quis autem pro redemptione captiuorum.
a ¶ Secundo [a] ſciendum eſt, quod licet regulariter in vniuerſalẽ
fideicommiſſarium non tranſeant iura ⁊ actiones, niſi facta re-
ſtitutione, vt ff. ad Trebellia. l. facta. ⁊ l. reſtituta. ⁊ C. ad Tre-
bellia. l. penulti. tamen quando fideicommiſſum vniuerſale relin
quitur ad pias cauſas, incontinenti trãſeunt iura, ⁊ actiones
ſine reſtitutione, caſus eſt C. de ſacroſanctis eccleſijs. lege, vt in
ter diuinum. ibi enim loquitur ſi ſit relicta hereditas ſiue lega-
tum, ſiue fideicommiſſum. Ex eo quod dicit, hereditas, intelligo
de iure directo, vel per fideicommiſſuꝫ, licet gl. intelligat iure di
recto. Sed non eſt ratio quare ſic reſtringitur, ⁊ poſito qꝺ eſſet
illud quod ſequitur vel fideicom. intelligo particulariter vel
vniuerſaliter. Preterea in l. illa fit mẽtio de relictis, quod eſt no
men generale ad omne genus relicti, vt in auth. nouiſſima. C. de
inoff. teſta. ⁊ in auth. de her. ⁊ fal. ſi vero nullus. in gl. ſuper ver
bo, relictis, ⁊ ff. de here. inſti. l. his verbis. ⁊ ibi not. ⁊ eſt expreſ-
ſum in auth. de eccle. tit. §. ſi quis autem pro redemptione. vbi
epiſcopꝰ, qui eſt executor legitimus, vẽdicat abſq̃ reſtitutione
aliqua. ⁊ licet d. l. inter diuinũ. loquatur quãdo relinquitur ec-
cleſijs, vel in redemptionem captiuorum, tamen ideꝫ iuris eſt ſi
relinquitur ad aliam piam cauſam. in eo. titu. l. illud. ⁊ quod ibi
not. ⁊ eſt expreſſum, quando relinquitur pauperibus. d. §. ſi qs
autem pro redemptione, ⁊ ſic huic electioni, ⁊ nominationi non
obſtat. quod eſt ſupra primum allegatum pro contraria par-
te. ¶ Tertio ſciendum eſt, quod licet per tales executores om

nia bo

nia bona diſtribui debeant inter pauperes, tamẽ poteſt fieri di
ſtributio per res ſingulares, vel pretium earum dando ſeu aſſi
gnando, vt C. de epiſco. ⁊ cleri. l. ſi quis ad declinandam, ⁊ l. nul
li. ⁊ de leg. ij. l. vnũ ex familia. §. ſed ſi duos. vbi valet diſtributio
facta in illos duos de familia. licet in reſiduo non valet. Nec ob
ſtat, de leg. ij. l. neminem. quia hoc non repudiatur pro parte, ⁊
pro parte agnoſcitur, ſed totum legatum, vt fideicommiſſum a
gnoſcitur, agnoſcendo in certa re, vel quantitate, vt l. reſtituta.
in prin. ad Treb. Diſtributio tamen eſt facta pro parte, ꝙ non
eſt prohibitum. Poteſt enim de voluntate fideicommiſſarij vni
uerſalis certa res vel quantitas ſolui alij vt ſupra dixi, ⁊ proba
tur in l. ſeruo inuito. §. fina. ad Trebellia. Nec obſtat quod hic
non diſtribuit rem hereditariam, ſed pecuniam: quia pecunia
videtur eſſe in hereditate que eſt ſoluẽdo, vt l. ſi pecunia. in prin.
de legatis ſecundo, ⁊ l. propemodum, de verb. ſigni. ⁊ quod hec
diſtributio poſſit fieri de certa re, vel parte, facit quod inter he
redes poteſt fieri diuiſio certe rei, vel partis alijs remanẽtibus,
vt C. familie erciſcunde. l. ſi filia. ¶ Quarto ſciendum eſt, quan
do fit talis nominatio ſeu diſtributio, non eſt neceſſaria preſen
tia perſone nominate, nec preſentia heredis q ex hoc poterit cõ
ueniri, vt de legatis ſecundo. l. vnum ex familia. §. ſed ſi duos. C.
de ſecundis nup. l. ſi quis prioris. §. ceterum. vbi apparet quod
poteſt fieri in teſtamento talis nominatio, ergo perſone preſen
tia non eſt neceſſaria, vt probaui ſupra in ſecunda ⁊ tertia ratio
ne facta pro parte affirmatiua. ⁊ hoc dixi plene in l. ſecunda. de
lega. ſecundo. ¶ Quinto ſciendum eſt, quod ea que ſupra dixi,
quod iſti actores habentur vt fideicommiſſarij vniuerſales, ⁊
quod habent actiones etiã non facta reſtitutione, ſunt vera ex
priuilegio ſpeciali in relictis ad pias cauſas. Nam de iure com
muni tales executores nõ poſſunt agere, vt l. Lucius. §. Meuia.
ad Trebellian. Sed pauperes electi ⁊ nominati per eos poſſent
de iure communi agere contra heredes, ac ſi teſtator eos ſpecia
liter in teſtamento nominaſſet. l. vnum ex familia. §. primo. ⁊ §. ſi
de Falci. ⁊ §. rogo. de lega. ſecundo. ⁊ l. cum quidam. §. a filia, ad
Trebellianum. de rebus dub. l. vtrum ita. §. cum quidã. Ex pre
dictis in queſtione propoſita concludo, ⁊ dico, quod ſi quidẽ di
cti heredes reſtituerent hereditatem dictis executoribus tan
quam fideicommiſſarijs vniuerſalibus facere potuerunt, vt di
ctum eſt, ⁊ tunc dicti heredes conueniri a pauperibus nomina
tis non poſſunt: quia per reſtitutionem iam ſunt liberati. ff. ad
Trebellia. l. prima. in prin. ⁊ l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano.
quod eſt vtile ſcire, quia ſufficit heredibus quod probent ſe re
ſtituiſſe iſtis executoribus vel epiſcopo, quando ipſe eſt execu
tor legitimus. Si vero hereditatẽ ipſi heredes non reſtituerint
dictis executoribus, tunc ipſi heredes a dictis pauperibus no
minatis, ⁊ electis in illa quantitate poterunt conueniri, quia pri
uilegiũ non aufert beneficium iuris communis. ff. de captiuis, ⁊
poſtlimi. reuerſis. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ⁊ C. de ſecun. nupt.
l. generaliter. §. his autem, qui; §. bene facit. ⁊ C. de legib. l. quod
fauore. ff. de legib. l. nulla. ff. de reg. iur. c. qđ ob gratiam. lib. vj. ⁊
qđ ibi no. per Dynum. Unde cum de iure communi tales pau
peres ſic nominati poſſent conuenire heredes, poſito qđ tales
executores non haberent, vt fideicommiſſarij vniuerſales, ſicut
habetur fauore pauperum, ita etiam pauperes poterunt modo
3 iſtos heredes vniuerſales cõuenire. ¶ † Preterea heredes vni
uerſales ante reſtitutam hereditatem poſſunt a legatarijs con
ueniri, vt l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano. ff. ad Trebel. ⁊ not.
eo. titu. l. j. §. fin. in vltima gl. licet non, eodem tit. l. Marcellus. in
prin. in gl. ſuper verb. ad heredẽ. Nec obſtat ꝙ ſupra dicitur in
vltima ratione facta pro iſta parte, quia non videtur relictum ab
ipſis executoribus, imo videtur relictum ab herede de iure cõ
muni. Sed in priuilegium videtur conceſſum, vt ipſi executores
poſſint petere, ⁊ ipſi diſtribuere, vt dictum eſt. Per hoc appa
ret reſponſum ad omiſſa argumenta contraria, ⁊c.
¶ Diſputata fuit per dom. Barto. de Saxoferrato, in ciuitate
Peruſij, anno domini Mcccliij. die xxj. Februarij.

ADDITIO.

a Tho. Di. ¶ Secundo. Vide Alexan. in conſi. lxxxij. incipien.
perſpectis. in ij. volu. ⁊ in l. centurio. vbi videas. ff. de vulga. ⁊ pu
pillari.

QVÆSTIO XIIII.

1 ¶ Teſtes qui non debent examinari, examinati non inducunt
probationem nec indicium.
2 Officia repugnantia gerere vnus non poteſt, vt puta, vt ſit iu
dex, ⁊ pars.

a Iudex maleficiorum ſup accuſatio
coram eo producta, quoſdam teſtes ab accuſatore
non productos, neqꝫ nominatos ex ſuo officio con
tra accuſatũ examinauit omnibus tñ his ſolennitatibus obſer
uatis, qui teſtes contra accuſatum plene deponunt. Nũc queri
tur, an dictis teſtibus ſit adhibẽda aliqua fides, vel nõ. Et pro
parte negatiua quod nulla fides ſit adhibenda, faciunt primo
quod in facto iudici non ſit permiſſa ſuppletio, ⁊ hoc ſic, certum
eſt quod parti que vult probare incumbit tale factum, ſcꝫ te
ſtes producere, ⁊ nominare, ſi vult probare, quod patet, quia ei
ad hoc dilatio datur, vt probatur. C. de dila. l. j. de probatio. au
thent. at qui ſemel. ⁊ in authen. de teſtibus. §. quia vero multi. ⁊
no. in glo. ſuper verb. denunciatus. ⁊ ff. de arbitr. l. non ex omni
bus. ⁊ C. de teſtibus. l. quoniam. ⁊ l. ſi quando. ⁊ ff. eo. l. produc.
⁊ iſtud nominare, ⁊ producere, conſtat eſſe factum, ar. ff. de eu
furio. l. conſilio. in fi. de conditio. ⁊ demonſtrat. l. in factum. cum
ſimili. Sed certum eſt quod in facto iudex non poteſt ſupplere
defectum partis, vt ff. de officio preſi. l. illicitas. §. veritas. C. vt
que deſunt aduo. parti. l. vnica. ⁊ ibi not. de ferijs. l. ij. in fine. Ex
predictis manifeſte concluditur quod cum iudex in hoc nõ po
tuerit factum partis ſupplere, quia dicti teſtes non ſunt legitime
examinati, nec examinari debuerunt, ⁊ ſic nullam fidem faciunt
nullam dico, nec quo ad plenam probationem, nec quo ad indi
cium, vt ff. de queſtio. l. j. §. item ſenatus. ⁊ l. maritus. eo. tit. ⁊ ibi
1 expreſſe not. quia † qui non debent examinari: examinati nõ in
ducunt probationem, nec indicium. Secundo hoc probat offi
2 ciorum repugnantia, ſeu contradictio. hoc ſic, Unus † non po
teſt duo officia repugnãtia gerere, vt puta, vt ſit iudex, ⁊ pars.
vt C. de poſtulã. l. quiſquis. ne quis in ſua cau. l. j. ff. ad Treb. l.
ille a quo. §. tempeſtiuum. de pac. l. ſi plures. ⁊ ibi not. per Dyn.
ff. de man. vin. l. an apud. Sed conſtat, qđ officium iudicis eſt, vt
ei fiat probatio. ff. de proba. l. quinquaginta. ⁊ ibi plene not. C.
de eden. l. procurator. de rei vẽd. l. doce ancillam. C. de cond. ob
cau. l. j. Sed in queſtione noſtra iudex aſſumpſit ſibi officiũ par
tis, ⁊ officium iudicis. Nam eſt eadem perſona ille qui facit pro
bationem, ⁊ ille cui fit probatio, ⁊ ſic cum officia ſint repugnã
tia, hoc facere non potuit, ſi ſic, ergo dicti teſtes nullam faciunt
probationem, nec indicium, vt ſupra proxime dictum eſt. Facit
ad hoc, quod lex dicit, accuſatore non probante reus abſolui
tur, ⁊c. quaſi dicat, pars debet condemnari ex probationibus
accuſatoris. C. de edendo. l. qui accuſare. ſed hoc non probauit
accuſator, ſed iudex: ergo, ⁊c. ¶ Tertio hoc probatur. Actore
non proſequente nominis rei facienda eſt abolitio. hoc ſic, Quã
do aliquis aliquem accuſat, ſi aliquo caſu accuſationem proſe
qui impeditur, a lege precipitur, vt nomen rei de libro reorum
aboleatur, ſeu cancelletur, vt ff. de accuſatio. l. libellorum. §. fi
nali. ⁊ l. hi tamen. §. finali. ⁊ ad Turp. l. aut priuatim. §. primo. ⁊
C. ſi reus, vel acc. mortu. fuerit. l. fin. Ex quo apparet quod iudi
ci non permittitur quod officium partis ſibi aſſumat, ⁊ accuſa
tionem proſequatur, vt probet, qđ ſatis videtur expreſſum, vt
C. de accuſat. l. iiij. Hinc eſt, ꝙ lex equiparat accuſatorem nõ in
teruenisse, ⁊ deſtitiſſe, vt ff. de mun. ⁊ hon. l. reſcripto. §. ſi qs ac
cuſatorem. In queſtione ergo noſtra iudex aſſumpſit ſibi offi
ciũ partis, qđ eſt ei a lege interdictum, ⁊ quantum ad illos te
ſtes non productos videtur accuſator quodammodo deſti.
qđ patet expreſſe, quia dicti teſtes non ſunt legitime examinati,
ſic nullam probationem faciunt nec indicium, vt ſupra probã.
¶ Quarto hoc probatur, in officio iudicis inherens conditio,
hoc eſt, officium iudicis habet tacitam conditionem ſi ab ipſo
iudice petatur, vt ff. de damno infec. l. quarta. §. in eum. de ope
ris noui nunciatione. l. de pupillo. §. qui opus. de mag. conuen.
l. prima. §. magiſtratibus. de cur. bon. dando. l. ſecunda, in prin
cip. de hered. inſtitu. l. ſi quis inſtituatur. cum ſimilibus, ſed in
queſtione propoſita a iudice hoc non fuit petitum, ſed iudex
hoc fecit ex ſuo officio, vt proponitur in themate, ergo cogni
tiones iſte, que adhibentur in ciuilibus, ⁊ criminalibus cauſis
conſtat officio iudicis conſiſtere, vt ff. de offic. aſſeſſo. l. prima. ⁊
ibi not. in glo. in verbo cognitionibus. ⁊ in gloſſ. finali. de iuriſ
dictione omnium iudicum. l. prima. cum ſimilibus. Cum er
go hic non fuerit petitum quod debeat fieri, apparet teſtes
non eſſe legitime examinatos, ⁊ ſic nullam facere preſumptio
nem, vt ſupra probatum eſt. ¶ Quinto probatur. In fauora
bilioribus predictorum non eſt facta conceſſio, hoc ſic. In iu
re noſtro libertas omnibus rebus eſt fauorabilior, vt ff. de re
gulis iuris. lege, libertas. ⁊ lege, Julianus. ⁊ lege, ſi ita. de ma
numiſ. teſta. ⁊ de re iudicata. l. inter pares. de neceſſ. ſer. hered.
inſtitu. lege, cum quidam. cum ſimilibus. Item conſtat penas. ⁊
condemnationes eſſe odioſas, ⁊ reſtringendas, vt ff. de penis.
l. interpretatione. ⁊ l. ſi preſes. ⁊ l. abſentem. de ſuſpect. tuto. l.
he enim

he enim.ꝛ quod ibi no. Sed in libertate que eſt ita fauorabilis, nullus non petente ſeruo, cui eſt relicta fideicommiſſaria libertas, ad hoc admittitur, nec domino ſerui, nec iudici, vel aliȷ̈ hoc permittitur, vt ff. de fideicōmiſ. lib. l. ſed ꝛ ſi alienari poteſt. in prin. ergo nec hoc hic iudex poterit pro accuſatore, cum tractemus de alio puniēdo. Si ergo iudex in queſtio. noſtra examinauit, hoc fecit non legitime, ergo nullam fidem facit, nec indicium, vt ſupra probatū eſt. ❡ Sexto hoc probat in ſpecialibus caſibus iudici facta permiſſio. hoc ſic. Ubi aliquid eſt ſpeciale in contrarium eſt ius commune, vt ff. de adminiſtra. tuto. l. prima. in fin. de legib. l. ius ſingulare. ꝛ quod ibi no. ꝛ l. in his. eo. titu. ꝛ C. de teſtamen. l. ſi nō ſpeciali priuilegio. ſed eſt ſpeciale in appel. vt iudex ſuppleat defectum partis in probationibꝰ, ꝛ ex ſuo officio teſtes inducit, ꝛ alias probationes, vt C. de appel. l. amplio rem. poſt princip. ꝛ ibi no. in gl. ſuper verb. adimplere. ergo, ꝛc. In contrarium eſt ius commune, vt in caſu principali iudex nō poſſit. Et quod hoc ſit verum probatur expreſſe. C. de iud. l. properandū. §. ꝛ ſi quidē. vbi accuſatore abſente lex mandat inſpici infra. Et ſi ſufficienter actum non eſt, iudex debet reum abſoluere ab inſtantia iudiciȷ̈, non autem pōt ipſe iudex ad recipiendum probationes ex ſuo officio procedere, vt ibi patet. Cum ergo hic iudex teſtes a parte non productos receperit, apparet ꝙ non legitime, ergo non faciunt probationes, nec indicium, vt ſ. in primo argu. probatum eſt. ❡ Septimo hoc probat, per accuſationem ceſſat inquiſitio. hoc ſic. Cum accuſatio eſt inſtituta, ꝛ ſic ordinarium auxiliū, ceſſat inquiſitio, que eſt auxilium extraordinarium, vt ff. de ope. noui nunc. l. in prouinciali. §. primo. ꝛ l. ſi edibus. de mino. l. in cauſe. la ȷ̈. ꝛ quod no. per Dy. ff. de adul. l. ſi maritus. ꝛ extra de reg. iur. c. actus legitimi. li. vj. Sed hic fuit exhibita accuſatio, ergo ceſſat inquiſitio. Iudex autē ex ſuo officio inducendo teſtes nil aliud facit, niſi inquirere, ꝙ non pōt, vt iam dixi, propter accuſationem, ꝛ etiam inquiſitio nō eſt permiſſa, niſi in certis caſibus notatis in l. ȷ̈. §. ſi publico. de adult. Sic ergo iudex dictos teſtes non examinauit legitime, ꝛ ſic non faciunt probationem, nec indicium. ❡ Octauo probat inſtrumentorum ꝛ teſtium equiparatio. hoc ſic, Teſtes ꝛ inſtrumenta equiparantur, vt C. de fide inſtrumen. l. in exercendis. ꝛ ff. de verborum ſigni. l. notionem. §. inſtrumētorum. ſed in inſtrumentis, hoc eſt, quod illa demum inſtrumēta in iudicio probant, quibus pars dicit ſe vſuram, vt ff. de eden. l. j. §. edenda ſunt omnia. C. de fide inſtru. l. ſi aduerſarius. Quibus legibus videt̃ expreſſum quod iudex inſtrumēta in iudicio nō poſſit producere, niſi pars vſuram ſe dicat. hoc expreſſius habetur in criminalibus, quod officium iudicis nullo modo extenditur ad faciendum in iudicio produci, niſi illa inſtrumenta que pars habet, tamē producere vult. vt ff. de iure fiſci. lege ſecunda. §. diuus. in fine. ꝛ no. C. de edendo. lege, is apud quem. ſi ſic eſt in inſtrumentis, ergo idem in teſtibus. Cum ergo teſtes non ſunt legitime examinati: ergo, ꝛc.

**Contra** ſcilicet quod iudex hoc potuit facere, ꝛ ſic dicti teſtes faciunt plenā fidem, probatur per infraſcripta iura. ❡ Primo hoc probat iudici permiſſa ſuppletio probationis. ſic, Certum eſt qꝺ plures ſunt modi probationis inter quos eſt probatio per confeſſionem, de quo loquitur titu. de cōfeſ. ff. ꝛ C. ꝛ ff. de inter. act. per totū. ff. de po. l. Publia. in fi. ꝛ ff. ad le. Aquil. l. proinde. in fi. ꝛ propter hoc ſunt introducte poſitiones, ꝛ capitula, de quibus. C. de iur. cal. l. ȷ̈. §. qꝺ obſeruari. Idem eſt probatio partis, vt in tit. de teſtibus. Et iſtos modos probationis plene ponit glo. in authent. de teſtib. in princip. in glo. in verb. non aliter, que incip. non quod alie non ſint, ꝛc. pleniſſime in Spe. de prob. §. fi. Sed iudex ſupplet circa confeſſiones interrogando ex ſuo officio, etiam vbi pars nō poteſt interrogare, vt ff. de interrog. act. l. vbicunqꝫ. de legat. iȷ̈. l. Offidius. not. C. de iuramento calumnie. l. ȷ̈. §. quod obſeruari. cir. fi. mag. gl. expreſſius extra de fide inſtrumento. cap. cum Ioannes. per Specu. de dilatio. §. videndum. verſic. item quid ſi, ſuper certas confeſſiones, ergo videtur iudici data poteſtas ſupplendi circa probationem, ergo poterit ipſe teſtes producere, quia iſti probant. ❡ Secundo hoc probat iudici data facultas repetitionis, hoc ſic. Paria ſunt aliquid non eſſe, vel in obſcuro eſſe, vt l. duo ſunt Titiȷ̈. de teſtament. tuto. de lega. ſecundo. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ꝛ l. cum ex pluribus. de manu. teſta. de contrahen. emp. l. in lege. cum ſimilibus. Sed ſi pars teſtes producit, qui obſcure depoſuerunt, datur facultas iudici ex ſuo officio dictos teſtes repetere, lꝫ pars non petat, vel non poſſit petere, in authen. de teſtib. §. illud. in gl. magn. in verb. non habebit. que incip. imo videtur. ꝛ ff. de queſtio. l. repeti. ꝛ ibi tangit glo. ꝛ extra de reſtitutione. c. cum clamor. ꝛ ibi no. de proba. capitu. in preſentia. Si ergo iudex ex officio ſuo poteſt reducere teſtes obſcure dicentes: ergo ꝛ inducere de nouo eos, qui nil dixerunt, cū ſint paria, obſcure dixiſſe, ꝛ nil dixiſſe: ergo, ꝛc. ❡ Tertio hoc probat poteſtas inquirendi teſtium conditiones, hoc ſic. Non eſt dubium quod in teſtibus inſpiciatur eorum conditio, vtrū vilis, vel nobilis, amicus, vel inimicus, cuius eſtimationis, vel opinionis ſit. ff. de teſtib. l. neque. de queſtio. l. de minore. §. pen. C. de teſtib. l. etiam. ꝛ l. quoniam. ꝛ auth. ſi teſtis productus dicatur. ꝛ in corpore, de teſti. in prin. §. j. Sed iudici data eſt poteſtas inquirēdi de tali cōditiōe teſtiū, mittēdo pro vicinis, ꝛ aliȷ̈s hominibꝰ honeſtis, ꝛ hoc ex officio ſuo, vt expreſſe no. ff. de teſti. l. iȷ̈. in gl. ſuper verbo, inimicitie, ꝛ in corpore de teſtibus. §. j. in glo. in officiȷ̈ cauſam. que inci. id eſt, artis laudabilis. ꝛ ff. de ma. cōuenien. l. j. §. ſi curatores. ꝛ ibi no. Ex quibus gl. manifeſte colligitur, qꝺ iudici eſt data a iure poteſtas inducendi de nouo ex ſuo officio teſtes in cauſa. ſi ſic, ergo in queſtio. noſtra tales ſunt legitime examinati, ꝛ faciūt plenā fidē. Quarto hoc ꝑbat ratio publice vltionis, hoc ſic, reipu. intereſt, vt maleficia puniantur, nec remaneāt impunita. ff. ad leg. Aqui. ita vulneratus. de fideiuſſo. l. ſi a reo. §. fi. de iud. l. ſi lōgius. §. j. de interrog. act. l. qui ſeruū. ȷ̈. reſponſ. cū ſim. Sed in his, in quibus verſatur publica vtilitas, iudex poteſt ſupplere de facto, etiam parte non petēte, vt ff. de poſtulā. l. quos prohibet. ꝛ ibi no. de procu. l. filius. §. veterani. ꝛ ibi etiam no. ergo in queſtio. noſtra propter hanc publicā vtilitatē, vt maleficiū puniat̃, iudex potuit ſupplere defectū partis, ꝛ teſtes inducere. ꝛ ſic dicti teſtes faciunt plenam fidē. Quinto hoc probat poteſtas repellende preuaricationis. hoc ſic, Iudici eſt data poteſtas repellende preuaricationis in iudicio, vt patet. C. de aboli. l. ȷ̈. ibi, redēpte miſerationis, ꝛc. de preuarica. per totum tit. ad Turp. l. j. poſt prin. de his qui no. infa. l. Athletas. §. fi. Sed ne ille qui adeſt in iudicio, colludatur, vel preuaricetur, poteſt etiam inuita parte teſtes nominare, ꝛ producere, vt ff. de inoffi. teſta. l. ſi ſuſpecta. in prin. ꝛ ibi not. Ad qꝺ facit in auth. de lit. §. hoc preſenti poſita. C. de litig. auth. nūc ſi heres. ergo in noſtra queſtio. bene cōcluditur quod iudex, qui debet intereſſe liti, ne colludat̃, poteſt teſtes nominare, ꝛ inducere. Cum ergo hoc fecerunt, dicta eorum faciunt plenam fidem. ❡ Sexto, hoc probat ob iudicis ſententiam ceſſatio conditionis. hoc ſic. Illud, quod dicitur, quod in officio iudicis ineſt tacita conditio, ſi petatur, vt ff. de mag. conuenien. l. j. §. magiſtratus. ꝛ de dam. infect. l. iiȷ̈. §. in cauſa. ꝛ dixi ſ. in iȷ̈. ꝛ iiȷ̈. ratione pro parte contraria habet locum in his, in quibus iudex pretendere poteſt probabilē ignorantiam. Unde ſi iudex ſciret pupillum tutore carere, poſſet ſibi dare tutorem etiam nemine petente, vt ff. de tut. da. ab his. l. illud. ꝛ l. ſeq. ꝛ ff. ex quibꝰ cau. in poſ. eat. l. Fulcinius. §. adeo. licet gl. ſecundum vnā opi. quam non firmat, aliter ſentiat in l. hoc autem. in princi. in j. gl. tamen quod dixi tenent docto. hoc etiam probatur expreſſius C. de appellat. l. eos qui. §. apoſtolos. ibi, etiam non petente, ꝛc. ergo in noſtra queſtione ſi iudex ſciret quoſdā teſtes, quos accuſator non producebat, per hanc ſcientiā ceſſat illa tacita cōditio, ſi petatur, ergo etiam parte non petente potuit hoc facere, quod cum fuerint legitime examinati, faciunt plenam fidem. ❡ Septimo hoc probat examinatio facta poſt tempus conteſtationis. hoc ſic, in queſtione noſtra teſtes produci fuerunt examinati poſt litis cōteſtationem. Nam regulariter poſt litis conteſtationem fit examinatio teſtium, licet in caſibus fallit, vt C. de teſtib. auth. ſed ꝛ ſi quis ab aliquo. ꝛ ibi not. ff. ad legem Aquil. l. in lege Aquilia, ſi deletum. de teſti. l. curent. extra vt lite non conte. per tot. Sed in his que poſtea poſt litē cōteſ. contingunt, iudicis officium multum poteſt, adeo quod partis petitio non requiritur, vt l. ediles. §. item ſciendum. de edil. edi. de rei vendi. l. vtique. ꝛ quod ibi not. iudi. ſolui. l. ſi ſeruus. de re iudi. l. ſi homo. cum ſimi. ergo in q. noſtra. cum examinatio ſit facta poſt tempus conteſtationis, quo tempore officium eſt corroboratum, ꝛ multum poteſt, nec expectatur partis petitio, iudex potuit predictos teſtes examinare legitime, ergo faciunt plenam fidem. ❡ Octauo hoc probat virtus poteſtatis, atqꝫ interdicti. hoc ſic, Tanta eſt virtus iudicis habentis iuriſdictionem in ſuos ſubiectos, quod per eū eis poteſt queri actio ff. rem pupil. ſaluam fore. l. non quaſi. C. quando mul. tut. officio fungi poteſt. authen. matri, ꝛ auie. ꝛ ibi no. ſumpta ex corpore, vt ſine prohibi. ma. deb. ꝛ cre. §. quia vero. ꝛ ibi not. ꝛ no. in authen. de excuſat. tuto. ꝛ his qui conue. in princi. poſita C. de lit. conteſtat. authent. libellum. ꝛ ibi etiam not. ꝛ no. C. de epiſcop. ꝛ cleric. authent. generaliter. hoc eſt quod dicimus, quod illud quod facit iudex, ipſa pars facere videtur, vt de actio. ꝛ oblig. l. ob cauſam. ff. de euictio. l. ſi plus. §. ſi iuſſu. vbi ex venditione facta per iudicem datur actio de euictione in partem, ſufficit ſi ipſe vendidiſſet. Ex his concluditur, ſi per iudicem poteſt queri actio parti, quod id, quod facit iudex, videtur facere pars ipſa, ꝛ non eſt dubium quod ſi ipſa pars produxiſſet di-

ctos teſtes, faceret plenam fidem, ergo in q. ꝓpoſita pars ipſa
videatur produxiſſe, ⁊ per ipſum iudicem, producentē ei quera-
tur ius, ⁊ ſic faciant plenam fidem. ⁊c.

ADDITIO.

a T. D. ¶ Iudex. De iſta queſtione Bar. meminit idem Bar. in
l. abolitio. C. de abolitio. ⁊ ibi videas. ⁊ in l. j. §. ſi quis vltro. ff. de
queſtionib. ⁊ in l. ſi non defendantur. ff. de penis. ⁊ vide apoſ. ad
Bart. in l. j. §. diuus. ff. de queſtio. vbi de contrarietate Bar.

1 ☞ Iudex poteſt ex ſuo officio teſtes inducere, vt querat vtrum
reus ſit nocens vel innocens.
2 Iudex ſuper accuſatione ex ſuo officio inquirit ⁊ inueſtigat ve-
ritatem maleficij.

**Solutio.** Inuocato nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti
ſalua opinio. cuiuſlibet Doctoris, ⁊ Scho-
laris, qui melioribus rōnibus, ⁊ iuribus moueretur, ⁊ ſpeciali-
ter patris, ⁊ domini mei do. Ray. de Forli. cuius correctioni me
ſemper ſubmitto, dico teſtes eſſe legitime examinatos eiſqʒ ad-
hibendam plenaʒ fidē, ⁊ hoc ꝑ aliquas rationes, ⁊ iura pro hac
parte alle. Hoc etiam probo euidētius ꝑ quaſdam leges ſpecia-
les. Primo ꝑ l. ſi non defendant. in fin. de pen. vr̄ caſus. Naʒ ibi
dicit ꝙ ſeruo accuſato ꝑmittit ꝙ ipſe ſe defendat. Itē dño ſuo,
vt eum defendat. Itē ipſi iudici ex ſuo officio, vt de innocentia
1 ipſius ſerui inquirat. † Patet ergo, ꝙ pōt ex ſuo officio teſtes in-
ducere, vt querat vtrū reus ſit nocens, vel innocēs. Itē ſi pōt ꝓ
vna parte, ſcʒ pro innocente, ergo pro alia, ideo nanqʒ teſtis de-
beat dicere pro vtraqʒ parte, vt in auth. ſed iudex. C. de epiſc. ⁊
cler. Huic accedat gl. que eſt ff. de condi. ob turp. cau. l. iiij. §. ſi ti-
bi ob indicium. vbi dicit qd iudex ex ſuo officio pōt compellere
aliquem, vt indicet malefactorē lʒ pars hoc non poſſet, ergo po-
teſt extraneas ꝑſonas in iudiciū inducere, vt malefactū deduca-
tur in lucem. Itē de hoc vr̄ caſus C. de aboli. l. ij. vbi quis petit
abolitionem, ⁊ ſibi non concedit, ⁊ ꝑ conſequens remanet accu-
2 ſatio. † Et tñ iudex ſup dicta accuſatione ex ſuo officio inquirit,
⁊ inueſtigat veritatē maleficij, ⁊ ſic poterit teſtes inducere. Ita
vr̄ inteligere dictam l. Cy. C. de accuſa. l. ea quidē. in vlt. queſtio.
Itē hoc videt determinari per tex. in auth. de tabel. in prin. vbi
dicitur, ꝙ inſtrumentum erat productū, iudex ex officio ſuo mi-
ſit pro tabellione, ⁊ teſtibus, vt veritatem inquireret, dicit ibi
gl. in verbo, veritatem. que incipit, optime ſumitur. ꝙ iudex mo-
dis omnibus laboret ad inquirēdam veritatem. Et ſic ex text. ⁊
gl. patet quod ex ſuo officio poteſt teſtes inducere, hoc etiā for-
tificatur ex l. j. §. fi. ff. de queſtio. vbi lʒ reus de crimine ſit cōfeſ-
a ſus, tamen iudex[a] alios examinauit, vt certior efficeretur de ma-
leficio: que examinatio ibi commendatur. Ad hoc optime facit,
vbi videtur caſus expreſſus extra de colluſ. deteg. c. j. ⁊ c. ij. vbi
iudex ſi de partibus ſuſpicatur, poteſt ex ſuo officio diligēter
inueſtigare, ⁊ crimina indiſcuſſa non pretermittere. Ad hoc ac-
cedat ratio publice vtilitatis, vt maleficia non remaneant im-
punita, vt in iuribus. ſ. alle. ¶ Ad rationes factas pro parte
contraria reſpondeo. ¶ Et primo ad primum dico qd iudex nō
poteſt ſupplere de facto ſtando ei, qd eſt ſibi notum, tanquā ve-
re eſſet probatū, ⁊ ita loquuntur illa iura. Sed ſi vult ſupplere
iudiciali indagine faciendo dicta aliorum, pōt. ⁊ ita loquit que-
ſtio noſtra. Uel dic, ꝙ in his, in quibus verſatur publica vtili-
tas, poteſt, vt dixi in quarta ratione facta pro parte affirmati-
ua. Ad ſm̄ reſpondeo ꝙ quis non pōt eſſe iudex, ⁊ pars, id eſt ꝙ
quis iudicet de cauſa, de qua ad eū pertinet commodū. Nā tunc
proprie dicitur pars, vt l. j. §. in propria. ff. quando ap. ſit. nō au-
tem prohibetur iudex aliqua facere pro inueſtiganda veritate,
vt teſtes inducere, ⁊ ſimilia. Ex quo patet quod non ſunt officia
repugnantia. Nam tunc nullo modo poſſunt conuenire in per-
ſonam eiuſdem, vt l. hec verba. §. ille, aut ille. ff. de verb. ſignific.
⁊ de reg. iur. l. vbi repugnantia. Sed hoc concurrit etiam in ca-
ſibus, in quibus procedit ex mera inquiſitione, ergo non ſunt
officia repugnantia. Ad tertiū dico, ꝙ in accuſatore impedito
eſt facta ſola abolitio ab obſeruantia iudicij, que paruū preiu-
diciū facit, cū alius admittitur ad accuſandū ab accuſatore ꝑ ſe-
quente, licet negligente, ſi non probat, ſequitur abſolutoria diſ-
finitiua, que magnum preiudiciū parat, cum alius non admit-
tatur ad accuſandum, niſi doceat de preuaricatione, ⁊ ideo da-
tur maior facultas iudici, quia maius periculum. Et hoc decla-
rabitur ex his que dicam infra in ſolutione ſexti contrarij. Ad
quartum reſpondeo, quod verum eſt in his. que non ſunt iudi-
ci nota, alias ſecus, vt patet in ſexta ratione pro parte affirma-
tiua. Uel dic, quod illud verum in officio nobili iudicis, ſecus
in mercenario, quod deſeruit accuſationi propoſite, tūc non re-
quiritur partis petitio, vt patet in interrogationibus, ⁊ ſimili-
bus. Poteſt eſſe ratio, qr cum accuſator petit in libello accuſa-
tum condemnari, vr̄ petere quod omnia faciat iudex, per que po-
teſt perueniri ad dictam condemnationē. Ad quintū rñdeo, ꝙ
verū eſt ꝙ non permittitur niſi ſeruo, ⁊ alij, cuius intereſt, vt ibi
patet. Sed iudicis intereſt purgare prouinciam malis homini-
bus, vt l. congruit. ff. de offi. preſi. ⁊c. Ad ſextum dico ꝙ ſpeciale
eſt in cā appellationis, ideo qr ſententia, que inde proſequitur,
omnino parit plenū preiudiciū, cum ſententia, vel infirmabit,
vel firma remanebit. ¶ Idē etiam dico in cā principali, in caſu,
in quo contra abſentem iudex procederet ad diffinitiuam, qr ꝓ
abſente poſſet probationē ex ſuo officio inducere, vt ptʒ. C. quo
⁊ qñ iudex. auth. qui ſemel. ibi, perquiſita veritate, ⁊c. Ita ergo
in caſu propoſito cum debeat ferri diffinitiua, licet vtraqʒ pars
ſit pſeſens fauore publice vtilitatis, poſſet iudex inducere ex of-
ficio ſuo. In ciuilibus autem hoc vtraqʒ parte preſente non cō-
cederem indiſtincte, ꝙ hic non examino. Ad ſeptimū reſpōdeo,
ꝙ argumentum procederet ſi iudex ex ſuo officio nobili inchoa-
ret nouam inquiſitionem, qd non poſſet. Sed hic teſtes inducit
ex officio mercenario, ꝙ deſeruit accuſationi propoſite, ꝙ offi-
cium concurrit cum omni accuſatione, vel actione propoſita,
vel poſſet negari argumentū, ſm̄ opinionem aliorū recitatam ꝑ
Cy. de accu. l. ea quidem, ⁊c. Ad octauum dic ꝙ prime leges lo-
quuntur in ciuilibus cauſis, ⁊ vtraqʒ parte preſente, queſtio no-
ſtra in criminalibus, in quibus vertit publica vtilitas. Ad l. j.
§. diuus. rñdeo, ꝙ fiſco in ciuilibus, ⁊ criminalibus debent edi
inſtrumenta, ⁊ ſic teneo ſecundam ſolutionem ibi poſitam in gl.
⁊ etiam in l. is apud quem. C. de eden. ⁊ ſecundum illum caſum
facit pro me: ergo, ⁊c.
b beat.[b] Ita determinat Dy. in l. ſecunda. ff. qui pet. tutor. quod verum eſt, non enim ſpes eius qui poteſt eſſe, excuſat aliquem a petendo tutorem interim, ſed ſufficit quod non habeat defenſores, dicta l. ſecunda. qui pet. tutor. in princip. Non ob. tertia ratio, ſcilicet cauſa naturalis prefertur accidentali, quia illud verum eſt quando effectus illarum cauſarum ſe non compatiuntur adinuicem: ſed quando ſe compatiuntur, vna cōcurrit cum alia, quod patet per omnia iura, in quibus concurrit obligatio ciuilis, ⁊ naturalis. Ita in propoſito nihil impedit, quin mater teneatur petere, ⁊ etiā ſubſtitutus, ſicut tenetur mater, ⁊ libertus, vt dicta l. ſecunda. qui pet. tutor. Non obſtat quarta ratio, ſcilicet, quod ſi ſubſtitutus peteret, non releuaret eum, cum iudex dare debeat petitum a matre, quia illud non eſt verū, vt dixi, licet ſit opinio multorum, lege. ſi quis ſub cōditione. ff. de teſtamē. tutel. Sed poſito quod illud eſſet verum, tamen propter hoc ſubſtitutus non excuſaretur, quia interim, donec mater taceat, ſubſtitutus diciť eſſe in mora, ⁊ ei currit tempus, licet mater veniens preferatur, lege, maritus. in principio. ff. de adulte, qui caſus eſt no. ad hoc. ¶ Secundo videndum eſt, excluſo ſubſtituto, an mater admittatur, an vero ⁊ ipſa excludatur, qꝛ tutores non petijt, ⁊ loquor de matre maiore xxv. anno. que nullam habet excuſationem de his que ponuntur in l. ſecunda. §. ſi mater. ff. ad Tertyl. ⁊ quod no. C. ad Tertyl. l. matres. Solum ergo hoc inueſtigandum, an iuſta cauſa ſit excuſandi matrem, qꝛ pupillus habet ſubſtitutum. Ad hoc vidēdum premitto quod de iure Digeſto. neceſſitas petendi tutorem incumbit ſolum libertis, ⁊ matri, ⁊ nullus alius propter nō petitum tutorem priuabitur hereditate, niſi mater, ⁊ auia, vt expreſſe dicit textus in l. ſecūda. qui pet. tuto. ⁊ ff. ad Terty. l. ſecunda. §. ſi mater. ver. filijs. Per iura vero Codicis fuit introductum quod neceſſitas imponeretur veniētibus ab inteſtato, ⁊ ſubſtituti, ⁊ alij priuarentur hereditate, vt C. de legi. heredi. l. ſciant. licet gloſſ. in verbo, ex electione. in dicta l. ſecūda. qui pet. tutor. videatur velle intelligere illum textum, vt non contradicat illi legi, ſciant. Veritas eſt, quod olim a libertis, ⁊ matre, ⁊ auia non cogebātur petere, vt ibi expreſſe dicit tex. nec ratio que habet locum in matre habebat locum in alijs ſuccedentibus ab inteſtato. Nam ratio eſt materna pietas, lege, matres. ⁊ l. fina. C. qui pet. tuto. que ratio hꝫ locum in matre, ⁊ auia, ⁊ non in alijs. Et per hoc concludo quod dicta l. ſciāt. corrigat iura antiqua in hoc. ⁊ ſic eſt contra ius commune: debet ergo ſtricte intelligi, vt non extēdatur vltra id quod in dicta lege expreſſum eſt. Ita dicit tex. C. de appellatio. l. precipimus. in fi. ⁊ quod no. in l. quod vero. ⁊ l. in his. de legibus. ff. Sciēdum eſt etiam quod matri incumbit neceſſitas petendi tutores filio confeſtim, id eſt, cum primum poterit, ita quod annus non tranſeat, vt ff. ad Tertyl. l. ſecunda. §. confeſtim. ſed alijs ſuccedētibus ab inteſtato, ⁊ etiaꝫ ſubſtituto datur annus, dicta lege, ſciant. licet quidam doctor. Moderni dicant quod dicta l. ſciant. debet intelligi quod loquatur de anno ſecundum formam illius. l. §. confeſtim, ſcilicet, quod ſtatim teneatur cum pōt, licet annus non poſſit tranſire. Pro quibus facit text. allegate l. ſciant. cum dicit, ſecundum legem non petierint intra annum, ⁊c. Ex eo enim quod dicit, ſecundum legem, videtur ſentire, ⁊ referre ad dictum §. confeſtim. ſed hoc non eſt verum. Nam illud quod dicit, ſecūdum legem, refertur ad verbum, petierint. Eſt ergo ſenſus talis, ſi ſecūdum legem, hoc eſt ſecūdum modum legitimum, ⁊ permiſſum in eis petendo tutorem, ⁊ tūc refertur ad dictam l. ſcđam. qui petant tutores. Immutatur ergo dicta l. ſecūda. hodie, qui petant tutores. in hoc, quia olim poterant ſi volebāt ex permiſſione legis. Sed hodie imponitur neceſſitas, ⁊ ſi non fecerint ſecundum quod eis lege permittitur, perdunt hereditatem. Item ſtatuitur eis tempus,

vt hoc faciant intra annum. Nec eſt mirum ſi mater plus ad-
ſtringatur, quam venientes ab inteſtato, quia in ea eſt duplex ra-
tio, ſcilicet materna pietas. Item ſpes ſuccedendi. In venienti-
bus autem ab inteſtato, ⁊ in ſubſtituto eſt ſola ſpes ſuccedēdi. ⁊
iſta interpretatio tanquam verior tenēda eſt, vt l. benignius. ff.
de legibus. maxime cum d. l. ſciant. ſit cōtra ius commune, ⁊ pe
nale. His premiſſis, dico matrem non teneri, ſi non petat tuto-
rem filio intra totum illud tempus, intra quod ſubſtitutus po-
teſt petere. quod ſic probo, Certū eſt, quod mater propter ſub-
ſtitutionem pupillarem excluditur a ſucceſſione filij totaliter e-
tiam a legitima, vt C. de impube. ⁊ alijs ſubſtitu. l. precibus. ⁊ l.
Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſtamen. ⁊ extra
de teſta. capit. ſi pater. libro ſexto. ſed ei qui excluditur per teſta
mentum a ſibi debita portione, eſt licitū omittendo facere quic-
quid poteſt, vt ille inteſtatus decedat, nec videtur dolo, vel cul-
pa facere, ſed iuſte dicitur facere, ⁊ ab omni pena excuſatur, ⁊
iſtud eſt multum approbatum per iuriſconſultum, vt ff. de lega
tis ſecundo. lege, cum pater. §. Titio. ⁊ ff. ſi quis omiſſa cauſa te
ſtamen. l. excuſatus. ⁊ l. quia autem. §. non ſimpliciter. ⁊ ibi no. §.
ſi patronus. ⁊ de inoffic. teſtamen. l. Papinianus. §. quarta au-
2 tem. †Et etiam propter factum patris poteſt omitti hereditas
ex teſtamento impuberis, ⁊ ſic impubes inteſtatus decedat, vt
ff. de acquirenda heredit. l. ſi pupillus. Licitum ergo eſt matri
intra illud tempus, quod datur ſubſtituto ad petendum tuto-
rem, tacere, vt ſic ſubſtitutus excludatur a ſucceſſione, ⁊ ſic pu-
pillus inteſtatus decedat. Si enim diceres matrem intra illud
tempus petere tutorem, iam preueniret ſubſtitutum, ⁊ ſic pro-
pter tutorem non petitum non excluderetur ſubſtitutus a ſuc-
ceſſione, vt ad Tertyllia. l. ſecunda. §. ſi mater, ver. ſed ſi forte ab
ſens. quod eſſet abſurdum, ⁊ contra rationem precedentem. nō
enim tenetur ſubſtitutionem conſeruare, ſed magis infringere,
Ad hoc etiam faciunt omnes rationes facte pro matre. Sed ſi
eſſet inſtituta in tabulis pupillaribus in legitima ſua, tunc ceſ-
ſaret ratio ſupra dicta, vt dicta l. excuſatus. ⁊ dicta l. quia autē.
§. ſi patronus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamē. Item ſi ponamus
ſubſtitutum eſſe talis conditionis, quod impoſſibile ſit eum ex-
cludi propter ceſſationem predictā, vt ſi ſubſtitutus eſt minor,
nec eſt poſſibile effici eum maiorem intra pupillarem etatem e-
ius cui facta eſt ſubſtitutio, tunc enim in matre ceſſat ratio pre
dicta, ſi ceſſauit petere tutorem, priuatur hereditate pupilli, ſi
quo modo ad eam deuoluitur, ſubſtituto mortuo, vel repudian
te, per dictam legem ſecundam. §. ſi mater. ⁊ ff. qui petant tuto-
res. l. ſecunda. ⁊ C. qui petant tutores. l. matres. cum ſimilibus.
Nam excuſatur mater propter ſubſtitutū. hoc enim nulla lege
cauetur, licet enim ſit ſubſtitutus, adhuc tamē ſubeſt materna
pietas, que facit eam teneri, vt dictum eſt ſupra in allegationi-
bus factis ſupra pro tertia parte. ¶ Non ob. prima ratio, que
dicit ſubſtitutū in petitione debere preferri. ideo mater debet
excuſari: quia poſito, quod eſſet verū, quod ſubſtitutus prefer-
ri debet, tamen interim cum ambo negligunt, vtrique imputa-
tur negligentia, vt l. ſi maritus preuenerit. in princi. ff. de adult.
Sed an ſubſtitutus preferatur, poteſt eſſe dubium, pone ma-
trem ⁊ ſubſtitutum concurrere in petitione tutoris, ⁊ petunt di
uerſos tutores quid faciet iudex? Reſpōdeo, non tenetur ſequi
conſilium matris nec ſubſtituti, vt l. fina. ff. qui petant tutores.
⁊ ibi no. dicam plene in l. ſi quis ſub conditione. de teſtam. tute.
Similiter nō puto eum errare, ſi preferatur ſubſtitutus. Nam
in his que pertinēt ad tutelam, prefertur is, qui ſperat ſuccede
re, lʒ in educatione preferatur mater, vt C. vbi pup. edu. debe. l.
finali. ⁊ ibi no. per gloſ. in verbo, ex ſpe ſucceſſionis. ¶ Non ob-
ſtat ratio ſecunda, qꝛ illa ratio non procedit in matre, nec etiam
ſi ſperat ſuccedere, nam materna pietas facit eam teneri ad pe-
tendum tutores, vt dictum eſt. Non ob. tertia ratio, quia dicte
leges non imponunt neceſſitatem matris petendi tutorem ſim-
pliciter: ſed ſi non petunt eum, priuantur ſucceſſione filiorum in
teſtatorum. Unde ſufficit ad priuandum eum pro tempore quo
mater vult ſuccedere, quod filius reperiatur inteſtatus. ⁊ ſic fa
teor de iure antiquo ſi mater eſt ſubſtituta, non priuaretur illa
ſucceſſione, quia filius non eſt inteſtatus, ſed hodie priuat̄, per
dictam legem ſciant. ¶ Nō ob. quarta ratio, quia licet teſtator
prouiderit filio de hereditate, an tamen prouidit ei de tutore,
nec de eo qui petierit tutorem directe, licet ipſi ſubſtituto neceſ
ſitatem imponat petendi tutorem. ¶ Tertio videndum eſt, an
aliquo caſu excludatur ſubſtitutus, ⁊ mater. ⁊ veniant alij. Et
conſtat quod poſſibile eſt ſubſtitutum excludi: quia tutorē non
petijt, matre mortua, vel repudiante. Item econtra, matrem ex-
cludi propter tutorem non petitum ſubſtituto repudiante vel
mortuo, ⁊ tunc ſine dubio veniant alij. Dubium vero eſt, an ſub
ſtitutus, ⁊ mater poſſint excludi propter non petitum tutorē.
que dubietas deſcēdit ex eo, quia lex videtur velle quod primo
excluſo, propter non petitum tutorem non excludatur ſequēs,
l. ſecunda. in fine. ff. ad Tertyllia. qui pet. tutor. l. nepotibus. ⁊ l.
ſciant. C. de legitimis heredib. ſiue ergo mater excludatur pri-
mo, puto quod non excludatur ſubſtitutus. ſiue econtra, exclu-
datur ſubſtitutus, nō debet poſtea excludi mater. Sed ad hoc
dicendum eſt quod de iure antiquo alijs a matre ⁊ auia non im
ponebatur neceſſitas petendi tutorem, vt dictum eſt, ideo ma-
tre excluſa ſequentes agnati non poterunt excludi per negligē-
tiam. Ita loquitur l. ij. in fi. ff. ad Tertyllia. ⁊ gl. ſ. alleg. Sed ſi eſ
ſet mater, ⁊ auia cum vtrique imponatur neceſſitas petendi tu
torem, puto ambas poſſe excludi, propter negligentiam, per ra
c tiones ſupra dictas[c] pro hac tertia parte. lex enim imponit ne-
ceſſitatem auie, nec diſtinguit, vtrum pupillus habeat matrē,
vel non. Credo tamen quod prius ad matrem debeat ſpectare,
nec auia debet celeri feſtinatione matrem preuenire, vt ff. de iu
re fiſci. l. edicto. §. cum ante. ⁊ C. de his quib. vt indig. l. ſororem.
⁊ ꝙ ibi no. ⁊ C. qui admi. ad bono. poſſeſ. l. ſi. Nec ob. ff. de adul.
l. ſi maritus preuenerit. ⁊ ꝙ dictum eſt ſupra. Reſpondeo, ad il
lam legem. nam mater ⁊ auia vocantur ex eadem cauſa propter
maternam pietatem, que cauſa reſpicit matrem per prius, quā
d per poſterius.[d] Et iſto ordine incumbit vtriqʒ onus petendi tu
torem. ſed mater, ⁊ ſubſtitutus vocantur ex duabus cauſis ſe-
paratis: quarum quelibet habet ſe ad quemlibet per prius, ⁊
eis ſimul incumbit onus petendi tutorē, ſcʒ matri, ⁊ ratione ma
terne pietatis ⁊ ſubſtituto ratione ſperare ſucceſſionis. Simile
in d. l. ſi maritus. Prouocatur enim pater ad accuſationem ra
tione paternitatis, ⁊ maritus ratione maritalis affectionis. li
cet enim hec ratio ſit magis intenſa, l. ij. §. ſi ſimul. in prin. ff. ad
leg. Iul. de adulterijs. non tamen eſt per prius, ⁊ poſterius: ideo
concurrunt, ⁊ ſimul currit tempus: ⁊ predicta procedunt de iu
re antiquo: de iure vero Codicis ſcʒ per dictā l. ſciant. dico, ꝙ
illa imponitur ſolum illis, quorum primo ſpes eſt ſucceſſionis,
patre mortuo, vt expreſſe ex textu illius legis colligitur. Si er-
go prius excluditur propter non petitum tutorem, alius, ad
e quem incipit pertinere ſpes ſucceſſionis, non priuatur[e] ea, ſi tu-
torem non petijt, quia illa lex hoc non dicit, nec debet extendi,
cum ſit contra ius commune, vt ſ. in primo puncto oſtēſum eſt,
⁊ ſic glo. in d. l. ſciant. bene loquitur. nunc ad propoſitū dico, ꝙ
poſſibile eſt matrem ⁊ ſubſtitutum ſimul excludi propter nō pe
titum tutorem, vt ſi eſt ſubſtitutus, ⁊ matri in tabulis pupilla-
ribus eſt relicta legitima, vt ſupra dictum eſt in ſecundo pun
cto. ¶ Item ⁊ ſubſtitutus eſt excluſus, primo propter nō peti-
tum tutorem, tunc incipit currere tempus matri. Ceſſat eīm cā,
propter quam excuſabat̄: matri enim omni tēpore, quo filius
eget tutore imponitur hec neceſſitas, ſiue tempore mortis, ſiue
poſtea. ideo leges vulgares ad hoc allegate dicunt matrē etiā
puniri, ſi, prioribus reiectis, alios non petierit. Sed ſi poneres
primo matrem ideo excludi propter non petitum tutorem, qꝛ
primo ei incumbebat hoc onus, tūc eſt impoſſibile ſubſtitutū
excludi. Exemplum. Pupillo eſt ſubſtituta mater primo loco,
extraneus ſecundo loco, tunc ſi mater excludetur propter non
petitum tutorem, non excludetur ſubſtitutus, qꝛ, mortuo patre
pupilli. prima ſpes ſucceſſionis nō erat talis ſubſtituti, ⁊ ſic ad
f eum non porrigitur d. l. ſciant[f].

## ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Non ob. ij. ratio. Nota, ꝙ Bar. hic vult ꝙ ſubſtitu-
tus non excuſat̄ a pena propter hoc, ꝙ ſubſit mater que eſt le-
gitima, ⁊ ita intellige Bar. in l. ſi minoris. verſi. nota, ꝙ mater,
ibi, ⁊ per hoc determino tex. noſtrum in fin. ff. qui petant tuto-
res. quod ſi pupillus habet legitimum tutorem, licet non admi
niſtret, quod mulier, que ſuccederet ab inteſtato pupillo excu-
ſaretur, ⁊ intellige illum legitimum tutorem, qui poſſet compel
li ad tutelam: ſecus ſi eſſet legitimus, qui non poſſet compelli
vt hic, per Bar.
b ¶ Quum petere debeat. Scʒ, vt mater, vt aſſumat tutelā, vel ꝙ
renunciet, vt ad ipſum, vel alios deuoluat̄, vel vt alter detur.
c ¶ Per rationes ſupradictas. Tu dic ſubtiliter, vt notat Bal.
in l. precibus. C. de impub. ⁊ alijs ſubſti. ⁊ in l. iij. C. ad Tertyl.
ver. Modo habui queſtionem de facto.
d ¶ Per poſterius. Uide que decidit per iſtam doctri. Bar. do-
minus ⁊ preceptor meus Peruſinus d. Pe. Phi. Cor. in conſ.
cccxxiiij. in iiij. vol. Pro deciſione preſentis conſultationis.
e ¶ Non priuatur. Et contrarium videtur dicere idē Bar. in l.
nepotibus. C. qui petant tutor. ⁊ vide Bal. in l. ſciant. C. de legi
timis heredibus.
f ¶ L. ſciant. Adde ꝙ iſta queſtio fuit diſputata per Bar. Pe-
ruſij, Anno domi. Mccclxv. prout inueni in diſputationibus
Bar. manuſcriptis.

## QVÆSTIO XIX.

1 ☞Edictum de appellatione eſt prohibitorium, ⁊ prohibitorij
natura talis eſt.
2 Appellari non poteſt a ſententia principis, ſed tamen a ſenten-
tia ipſius delegati.

DEcitum fuitª a iudice arbitrium arbitrato-
ris reduci ad arbitrium boni viri,
lata fuit ſententia per iudicem ſuper reductione ip-
ſa, nunc queritur an a ſententia lata per iudicem tan
quam bonum virum poſſit appellari. In queſtione noſtra teneo
hunc ordinem, quia primo faciam argumẽta, ꝙ poſſit appellari,
⁊ ſic ad partem affirmatiuam. ⁊ faciam argumenta ꝙ non poſſit
3 appellari, ⁊ ſic pro parte negatiua. †Venio ad primũ, quod poſ-
ſit appellari, probo, ⁊ primo ſic. Edictũ de appellatione eſt pro-
hibitorium, ⁊ prohibitorij natura talis eſt, quod id quod nõ eſt
lege aliqua prohibitum, eſt permiſſum: ſed edictum de appella-
tione eſt huiuſmodi. ergo, ⁊c. ſed cum non reperiatur lege aliqua
in hoc caſu eſſe prohibitum appellari a cauſa, videtur eſſe con-
ceſſum, prima patet ff. de teſti. l. j. ff. de procur. l. mutus. §. cũ que-
ritur, ⁊ ibi de hoc ff. ex quib. cau. maio. l. necnon. §. quod eis. ff. de
proba. l. ab ea parte. cum ſimilib. Secundo ſic. Certi ſunt caſus,
⁊ cauſe, in quibus appellare non licet, inter quos non connume
ratur caſus noſter. C. quorum appella. non recip. ⁊ ff. quando ap
pel. ſit. ⁊ ff. de app. recip. vel non. ⁊ ſic argumento a ſufficienti
partium enumeratione, quod eſt validum in iure noſtro: vt ff.
de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre furioſo. ⁊ ff. de act. ⁊ obli. l.
obligationum fere. §. placet. cum ſimilib. vnde concluditur quod
appellari poſſit. Tertio ſic, Speciale ⁊ ſingulare a ſententijs
quorundam iudicum licitum eſt appellare, ⁊ a ceteris alijs ſen-
tentijs ceterorum iudicum prohibitum eſt appellari, et ſic hoc
prohibitorium eſt ius ſingulare cuius contrarium eſt ius com-
mune, ſed in caſu noſtro non apparet de iure appellari prohibi-
tum, remanet ergo quod appellari poſſit. Facit ff. de legi. l. ius
ſingulare. ad municipal. l. j. cũ ſimilib. in auth. de appella. ⁊ intra
que temp. in ſi. princ. ⁊ ibi no. per gl. in verb. ſiue magni. Quarto
ſic. Non eſt alicui iuris auxilium denegãdum, ſed appellatio eſt
remedium iuris, quo iniqua ſententia ſubleuatur, igitur, ⁊c.
Nam ſi dicerem, quod in caſu noſtro appellari non poſſit, iam
appellare volenti denegaretur iuris auxilium. quod fieri non
debet. igitur appellari poteſt. Probatur hoc: non enim expedit
Reipublice ſingulis legum adminicula denegari, nec eſt per le-
gem iniquitas ſuſtinenda, nec debet via iniquitatibus aperiri. l.
j. C. de his qui veni. eta. impe. ⁊ de iure deli. l. ij. ⁊ l. meminerint.
C. vnde vi. cum ſimil. ſed quod remota appellatione ſequeretur
iniquitas, igitur, ⁊c. Quinto ab argumento identitatis rationis.
nam iudices aliqua participant in ratione, ⁊ in iure. ſed ſenten-
tia iudicis ⁊ arbitri participant de ratione remediandi partem
contrariatam igitur participant etiam in iure: ergo, qua ratione
remedium adhiberetur contra arbitrum, ſcilicet per petitionem
reductionis ad arbitrium boni viri, ita ⁊ contra ſententiam iu-
dicis cognoſcentis, et pronunciantis ſuper reductione ipſa ad-
mittatur appellatio. Probatur hoc ff. de ſenatuſcon. Silla. l. j. §.
queſtionem. ⁊ de dolo. l. ſi. ⁊ ad le. Aquil. l. illud. cũ ſimi. ff. de vb.
obli. l. a Titio. cũ ſimil. Probatur hoc, qꝛ in vtroqꝫ predictorum
iniquitas eſt cauſa, vt pꝫ ex cõiunctione legis, vnde ſi Nerue. ſe-
cundũ ſui rationem. ff. pro ſoc. ⁊ l. j. ff. de ap. ⁊ de mino. l. prefecti.
cũ ſimilib. Sexto ſic, In iudicando arbitrator inſtar obtinet ap
pellationis modo ſit certum quod arbitramentum eſt quedam
tranſactio a partibus facta arbitratore mediante. Sed ſi preter
naturam ⁊ ſimplicem tranſactionem proceſſum fuiſſet in cauſa, ⁊
lata ſententia ſuper eo, ſuper quo proceſſum appellari poſſet ab
ea: ergo ⁊ a ſententia lata ſuper eo, ſuper quo arbitrium preſta-
tur. pꝫ ff. de arbit. l. idem Pomponius ſcribit, ſi de meis. §. rece-
piſſe. ⁊ in auth. vt diffe. iudi. in prin. verſi. ſi vero contigerit iũcta
gl. in verb. conuentũ. ⁊ l. eleganter. §. ſi qs poſt. ff. de condi. inde.
tamen ſi in cauſa procedat. ⁊ ſententietur, valida eſt, vt ibidem
patet: qꝛ appellari potuit, ſi non pro leui, ⁊c. vt lit. pen. l. fin. et qꝛ
prohibitorium eſt hoc edictum vt ſupra probatum eſt, igitur ſic
⁊ in propoſito poterit appellari. Septimo ſic, Ex ſnĩa ſequẽte
ius appellandi firmatur hoc, ſicut quando actum ſiue actus in-
ductus ad vnũ finem ⁊c. non appellatio proprie ſequitur ex ſen
tentia ſubſequente, nihilominus eſt licitũ appellare. ita in pro-
poſito: ergo poterit appellari. pꝫ inſtit. de excuſ. tu. §. qui autem
vult. ff. qñ appel. ſit. l. j. §. ſi quis tutor. cũ ſimi. Naꝫ a motione tu-
toris qui ſe excuſat, ſi poſtea contra eum lata eſt ſententia, ap-
pellari poteſt: declarat hoc ex eo: qꝛ hic actus retractatus po-
nitur contra arbitrũ, ⁊ poſtea ſequente ſententia iudicis. Octa-
uo probatur ſic, Certum eſt, quod a ſententia principis cogno-
ſcentis non appellatur, tamen a ſentẽtia ipſius delegati appel-
2 lari poteſt: ſic in propoſito, licet a primo †cognoſcẽte, ſcilicet ab
arbitratore appellari non poſſit: tamen a ſequente, id eſt iudice,
qui de reductione ad arbitriũ boni viri cognouit, appellari po-
teſt: patet ff. a quib. appel. non lꝫ. l. j. coniuncta l. nouum. ⁊ l. eos.
C. de appel. declaratur hoc, qꝛ cum ex ſententia iudicis oriatur
actio in factum, vt l. actori. C. de iureiurã. cũ ſimilib. patet quod
ab eius ſententia poteſt appellari. Nono ſic. In dubijs in be-
nigniorẽ partẽ interpretamur. de quo ſic, cũ dubitaẽ an vt arbi-
ter an vt iudex, in potentiorem partem arbitramur: videlicet ꝙ
vt iudex, ⁊ non vt arbiter videatur cognouiſſe. Sed cũ in que-
ſtione noſtra poſſit dubitari an vt arbiter, an vt iudex cognoue-
rit, intelligamus ipſum vt iudicem cognouiſſe, et ſic appellari
poſſit. patet ff de iudi. l. j. in ſi. magne glo. C. de epiſco. audien. l.
epiſcopale. cũ ſimilib. ⁊ hoc ſic declaratur, quia l. ſocietatem. in
fin. ff. pro ſoc. non dicit, quod cognoſcat vt arbitrator, alias ſed
nec vt iudex. ergo appellari poteſt ſicut ab aliorum iudicum ſen
tentijs, vt ſupra dictum eſt. ⁊ de hoc videtur caſus in l. ⁊ in ma-
ioribus. C. de appel. ⁊ l. ex conſenſu. ff. de appel. prout habetur
ibi in litera circa prin. coniuncta l. ſi. C. de iudic. cum ſimil.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Petitũ fuit. Habeo multa volu. cõſi. diuer. doc. ma-
nuſcripta. in quibus ſunt multe repetitiones Bart. tractatus,
diſputationes, ⁊ precipue in j. v. xix. ⁊ xx. inter que inueni infra-
ſcriptas queſtiones. ⁊ iſta j. in xix. volu. in fol. j. Vide de mate-
ria iſtius diſputationis per Bart. ⁊ doc. in l. ſocietatem. §. arbi-
trorum ff. pro ſoc. Et an a ſententia arbitri poſſet appellari: vi-
de plene per Iaſ. in l. ſi. C. de iudi. ⁊ in l. nemo põt. ff. de leg. j. ⁊
Alex. de Imol. in l. arbitro. ff. qui ſatiſ. cog. ⁊ Raph. Ful. in cõſi.
xviij. ⁊ Rapha. Cu. in conſi. xliij. ⁊ Ludo. Ro. in conſi. xij.

1 ☞Appellatio eſt inducta propter iniquitatem ſententie vt iu-
dicet per viam a iure traditam.
2 Iudex poteſt eſſe equus, ⁊ non equus: ⁊ ſic eſt vnum medium
inter iniquum ⁊ equum.
3 Arbitrator non pronunciat vt bonus vir.

IN contrarium ꝙ non poſſit appellari, pba-
tur ſic. Odia reſtringi, ⁊ fauo-
res cõuenit ampliari. Si dicamus poſſe appellari, producimus
odium ⁊ reſtringimus fauorem ⁊c. patet ff. de lib. ⁊ poſthu. l. cũ
quidam. ⁊ de reg. iur. lib. vj. Declaratur ſic. In lite appellatio-
nis periculoſus eſt euentus, cui nos committi non debemus. ff.
de minoribus. l. minoribus. ergo, ⁊c. Secundo probatur ſic, Iu-
dex in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri aditur vt vir
bonus, tunc ſic, quando ad arbitrium boni viri recurritur, ab
eius dicto non appellatur. Sed ita eſt in propoſito, quod ab ar
bitratu arbitratoris recurritur ad arbitriũ boni viri. igitur, ⁊c.
Tertio patet, quod non eſt reperire in iure caſus quod in tali
cauſa poſſit appellari: vnde erubeſcimus ſine lege loqui, vt in au
then. de trien. ⁊ ſemiſ. § conſideremus. Tertio. quia appellatio
1 nes ſunt inducte †propter iniquitatem ſententiarum, vt iudi-
ces per viam a iure traditam, ⁊ ordine debito proferant ſenten
tias, l. j. ff. de appella. cuius iuris remedio, ſcilicet appellatio in
ducta non eſt: ergo mutatur id, quod eſt improprie eiuſdem natu-
re, aliud eiuſdem nature corrigere, alterius autem non poſſet,
vt Inſtit. de iure natu. §. penul. ff. de capit. dimi. l. eos. ſed arbi-
tramentum, ſeu arbitrium ⁊ eius poteſtas, venit a partibus, ⁊
ab hominibus ſingularibus, non vniuerſis coadunatis, vt pa
tet. ff. de arbitr. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. pro ſocio. ⁊ l.
ſocietatem. in fin. ⁊ ff. loca. l. ſi merces. ⁊ l. ſi, in lege. in princi ff. de
operis liber. l. ſi libertus ita. ⁊ ff. de verborum obliga. l. ſi quis ar
bitratu. ⁊ de contrahenda empt. l. hec venditio. in princip. Qui
priuati id eſt partes predicte non poſſunt conſtituere proprie
vt iudex cognoſcat, vt C. de iuriſdict. omnium iudic. l. priuato-
rum cum ſimilib ⁊ pro tanto lex appellat arbitrium boni viri.
Partes enim que hunc eligũt, in eum, vt bonum virum conſen
ſerunt vt patet, non autem vt ipſum iudicem facerent iuris ſub-
tilitate procedere: ſed per amicabilem compoſitionem fuit: er-
go, vt ad bonum virum, id eſt, ad illud quod diceret quilibet
bonus vir ⁊ ita intelligit in hoc bono viro. l. ſi ab arbitro. ff. qui
ſatiſda. cogant. Nec obſtat quod ibi debet appellari. ⁊ ita ſentit
dominus Richar. in dicta l. ſocietatem. in fin. videlicet quod iu
dex cognoſcat, vt quilibet bonus homo non autem vt tanquaꝫ
iudex cognoſcat proprie. Et quod vt de homine cognoſceretur,
2 non autem vt de iudice proprie intelligatur probatur, †quia iu-
dex poteſt eſſe equus ⁊ iniquus, vt bonus, ⁊ malus. Nam iudex
eſt vnum medium, ſe ad equum, ⁊ iniquum referens, vt patet ff.
de iuſtitia ⁊ iure. l. j. Viri autem boni appellatio nunquam ad
iniquum ſe refert, quia quod accedit vni extremorum, videlicet
bonitati, recedit ab alio, ſcilicet a malitia ⁊ iniquitate, arg. ff. ad
legem Corneliam. de ſicar. l. eiuſdem. §. adiectio. ⁊ de rei vend. l.
in fundo. Probatur hoc qꝛ quando vnum poteſt ad propriam. ⁊
impropriam ſignificationem referri, refertur ad propriam, vt ff.

ſi ager vectig. petat.l.á.in fi.⁊ quando appel.fit.l.j.§.propria. in fin.⁊ l ſocietatem in fin.⁊ in proxima l. in propoſita. vbi dicitur, quod arbitrium boni viri ſequendũ eſt.boni viri,id eſt, iudicis. vt dicit ibi gloſſ.et ibi dicam,cognoſcet igiť, vt vir bonus quilibet, vt litera videtur ſonare prima facie ſecũdũ propriam ſignificationem. Nec obſtat ff.iudic.ſol.l.vir bonus.cũ ſimilibus, q2 ibi vt iudex cognoſcit. Preterea nec ibi dicit appellari poſſe vel non. Patet ergo ex predictis quod refert vtrum iudex cognoſcat vt iudex,et tunc appelletur. Aut iudex cognoſcat vt bonus vir, et tunc non appelletur. primo, quia ibi dicitur vti ad iudicem ⁊ ad bonũ virum,non econtra, ſi recte inſpiciatur. bonus autem vir intelligit vt quilibet homo. ⁊ ſic a iudice cognoſcať proprie, vt dictũ eſt ſupra, ⁊ declarať ex l. ſocietatem. ſupra alleg. Quarto in locum arbitri ſubrogatio de quo ſic,ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, ſed iudex hic ſubrogatur in locum arbitri. ergo ſapit naturam eius ⁊ ſic a ſententia eius non appellať, ſicut nec a iudice. Prima patet ff.ſi qs cau.l.ſi eũ.§.qui iniuriarũ.cũ ſimilib.ibi not.
3 † Secũda declaratur ex eo,quod arbitrator non pronunciat vt bonus vir, vt finem ſumat compromiſſum, imo ab eius arbitrio receditur,⁊ ſubrogatur in locum eius iudex, vt bonus vir, vt iniquum arbitriũ reformet in melius, nec ab eius dicto appellatur,ſicut nec a dicto boni viri,vt dicta l. ſocietatem.in fin. ⁊ l.vnde ſi Nerue,ff.pro ſoc.⁊c. Quinto ſic, Actus ad vnũ finem redactus non debet contrariũ operari,de quo ſic,quoties aliquid ad vnum finem tendit,⁊ ſic non debet in contrariũ operari: ſed ad arbitratorem dirimendarum litium cauſa ex bona fide,que non ita dirimerentur, ſi appellaretur, ergo non debet eius contrarium operari,⁊ ſic appellari non poteſt. Prima patet ff.de pact.l.ab emptione.in fin.de arbit.l. Labeo.cum ſimilibus. Secũda declaratur tum ex l.idem Pomponius ſcribit, ſi de meis.§.recepiſſe. de arbitr.tum etiam ex eo quia per appellationem extinguitur iudicata alias ſuſpenditur.ff.ad Turpil. lege prima.in fin.⁊ ibi not. ſupra,de his qui not.in.infa.l.furti. in princip.⁊ l.ſequen.cum ſimilibus. ⁊ ſic tale negotium per viam appellationis cauſe non debet refricari vt C.vnde vi.l. meminerint.⁊ de indic.vidui.tollend.l.ſecunda.⁊ de fruct. ⁊ lit. expen. l.terminato.ff.de vſufruct.l.equiſſimum.cum ſimilibus.⁊ l. cum quid.ſi certum petatur. Secundo ex iudicis cognitione, de quo ſic. Quando ad iudicem qui alias poterat de cauſa cognoſcere, habetur recurſus vt ad arbitratorem, a quo non appellatur, et ſic non vt ad ordinarium cognoſcentem recurſus habetur ſed vt ad extraordinarium ⁊ ſic ab eo non poteſt appellari. Prima patet ff. de arbitr. l. ſed ⁊ ſi in ſeruum. in fin. Secunda declaratur ex eo quod habeť in dicta l.ſocietatem.in fine.⁊ l.ſeq̃n. cũ ſimilibus. Septimo, a prohibitione ⁊ permiſſione argumentando.de quo ſic, Quoties aliquid in vno conceditur, in ceteris prohibetur, ſed in ſententijs iudex occaſione litis concedit poſſe appellari,ergo in alijs prohibetur, ſcilicet in arbitratoribus. Prima patet ff.de iudic.l.cum pretor.in princip. de procurat.l.maritus.cum ſimilibus. Secunda patet C.ne lice. in vna ⁊ eadem cauſa tertio prouo.in rubro ⁊ nigro. Octauo,tranſactionis imitatio, de quo ſic, Certum eſt quod arbitramentum imitatur tranſactionem,⁊ eſt illi ſimilis:ſed ita eſt in tranſactione, quod ſi ipſa legitime fiat,vlterius ab illa non recedatur,impediente exceptione tranſactionis: ergo idem in propoſito, vt vlterius ipſum arbitramentum non refricetur, impediente reformatione:⁊ ſic legitime tranſactũ apparet. Prima patet ex l. ſed ⁊ ſi in ſeruum.§.ſecundo ⁊ quod ibi not. in gloſſ. in verbo, in re ſe. Secũda patet ex l.eleganter.§.ſi quis poſt.ij.⁊ ff. de cõdictio. indebiti. ⁊ videť pro reductione quod facta eſt legitime: q2 per iudicem vt bonũ virũ ad hoc electum, per dictam l. ſi ſocietatem.§.finali.cum ſimilibus, fit reformatio, quia bonus vir intelligitur:nec refert an a principio aliquid fiat, an ex poſt facto.l eum qui autem.cum ſimilibus: quo modo iuramentũ non legitime factum ab initio, poſtea reformatum non vitiatur, vt patet ff.de iureiurand l.qui per ſalutem.l.non erit. §. dato.et l. nam poſtea.§.iurare.eodem titulo.cum ſimilibus. de opti. lega. l.mancipiorum.de legatis primo.l.ſerui electione. Nono appellationis euidens diſcretio de quo ſic. Segregatorũ ſegregata,⁊ ſeparatorũ ſeparata debet eſſe ratio, ſed ſeparata eſt cauſa reductionis a cauſa appellationis igitur ⁊c. ſi a ſententia lata ſuper cauſa appellationis, appellatio ſequitur: ergo a ſententia lata ſuper cauſa reductionis non appellatur:⁊ ideo ſequiť contrarium,videlicet non appellatur.prima patet ff.de exerci.l.j.§. magiſtrũ nauis.verſicu.alia enim.⁊ C.de donatio.inter virum et vxorem.l.ſi maritus quondam.⁊ ibi de hoc,cum ſimilibus. Secũda declaratur ex eo quod appellatio ex quacunq; iniquitate magna vel parua fit,l.⁊ in maioribus. ⁊ l.⁊ in multis.C.de appella.⁊ C.ne lice.in vna ⁊ eadem cauſa tertio prouoc.in rubro et nigro, coniuncta l. penult. ff. de muneribus.et reductio ex magna ⁊ euidenti iniquitate tantum fit,vt dicta l.vnde ſi Nerue.ſuper reductione ad arbitrium boni viri concederetur ſecũdario. ſcilicet arbitramentũ reſeruata ⁊ in cauſa appellatiõis ex quacunque iniquitate,igiť appellari non poterit ne circũueniatur, vt d.l.vnde ſi Nerue.⁊ d.l.idem Pomponius ſcribit,ſi de meis.§.recepiſſe.cũ ſimilibus.quod eſſe non debet vt ff. de tranſact.l.cum hi.§.ſi cum lex.⁊ de tuto.⁊ curato.datis ab his.l.ſcire oportet.§.j. Decimo inducitur l.ex conſenſu.in princip.ff.de appella.ex contrario ſenſu,quod ibi habetur in litera,circa compromiſſum ⁊c. Concluditur quod ſi ratione compromiſſi iudex daretur, appellari non poſſe,gloſſ.j.in verb.circa.ita intelligit legem illam. Nec obſtat quod dicit compromiſſum vnde ad arbitrium nõ ad arbitramentum ſe refert,vt patet in l.idem Pomponius ſcribit. ſi de meis.§.recepiſſe.⁊ d.l.ſed ⁊ ſi in ſeruum.§.ij. ⁊ l.ſocietatem. §.arbitrorũ.⁊ ibi dicit improprie poni.vnde inducit l.ſi.C.de iudi.cum gloſſ.ſua hoc modo. Certũ eſt quod ſi inter duos compromittitur ⁊ diſſentiant,certam tertiam perſonam compelluntur eligere, cuius authoritate petatur, etiam ſi diſcordent ab illis duobus primis,cuius ſententie ſtetur. Cum itaque hic arbitrator eligatur in defectum arbitrorum diſcordantium, ⁊ ſententie eius pareatur patet quod non appellatur ab eo tum propter dictam legem primam,tum quia ſi appellaretur, non pareretur ſententijs quia appellatio extinguit, vel ſuſpẽdit pronunciatio vt l.j.in fi.ad Turpil.cum ſimilib.ſic impediret ſententiam,⁊ executionem:nec enim eſt innouandum ⁊c.ff.nil noua.ap. interpoſita.in rubro,⁊ nigro:ita modo in propoſita queſtione, propter diſcordiam arbitratoris ad arbitrium boni viri,legis authoritate recurritur ad iudicem,vt ad bonum virum.⁊ ſic ſimilib. Prima patet.quia ſicut a principio non appellatur,ita nec ab hoc, ideo eius ſententie pareri debet.

1 ☞ Appellari a ſententia lata per iudicem tanquam bonũ virum non poſſet quia non eſt ſententia.

2 Reductio ad arbitrium boni viri non eſt appellatio, ſed habet cum ea ſimilitudinem.

3 Arbitria ad iudiciorum, arbitramenta ad tranſactionum inſtar ſunt redacta.

4 Appellari an poſſit a ſententia lata ſuper ſupplicatione porrecta contra ſententiam, a qua non erat licitum appellare.

1 **Solutio.** † Dico appellari non poſſe, ⁊ ſententiam proprie dici non poſſe: vt ſupra dixi, et clarius dicam.⁊ hoc ex rationibus ſupra dictis, quas coadiuuo ex eo etiã,q2 ego video, quod vbi arbiter in locũ iudicis cognouit, appellari põt,vt C.de iudi.l.apertiſſimi.vt in caſu ſpeciali,ita a contrario ſenſu cum iudex ſubrogatur in locum boni viri, ab eius ſententia, ſicut ab arbitramento boni viri non appellatur, quia naturam eius, in cuius locum ſubrogatur originaliter ſapere debet,l.item veniunt.§.cum prediximus.ff.de peti.here.et not.in l.certi condictio.in princip.ff.ſi certum petat. Item quia video quod propter qualitatem actionis ⁊ materie,de qua tractatur, verba mutant propriam ſignificationem, vt ff.loca.l.ſi vno.in princip.⁊ quod ibi not.ſic in propoſito propter naturam arbitri,de qua tractatur in l.ſocietatem.§. final.cum ſequen.pro ſocio.⁊ alijs ſimilibus, cum dicatur ad iudicem recurri vt ad bonum virum, ergo non proprie ad iudicem. Item ad euitandum abſurditatem que ſequitur:quia non peteretur reductio eius, poſtea appellaretur. Secundo,ratio eſt in ceteris cauſis non licet ſecundo prouocare:quod eſſet,ſi appellari poſſet,contra l. C.ne lic.in vna eadẽq; cauſa tert.prouoc.nam quodammodo dicta appellatio interponitur,vbi in iure aduertendum puto pro determinatione queſtionis ⁊ materie,quod plura ſunt, quorum remedio,qđ ante factum.vel dictum eſt,reſtringatur:⁊ non ſunt idẽ, nec eiuſdẽ nature ſʒ diuerſa diuerſe nature, ſicut eſt appellatio,⁊ reductio ad arbitriũ boni viri .ex quo naſciť exceptio et pene. Item doli exceptio, que opponitur contra petitionem qui ſnĩa dr̃ ſordibus, vel euidenti gratia lata eſſe, in integrũ reſtitutio, ſupplicatio, ⁊ appellatio, interponiť a ſnĩa diffinitiua, vel vim diffinitiue habente,occaſione iniquitatis cuiuſcũq; in quacunq; cauſa ⁊ caſu regule,vt in prealleg l.⁊ in maioribus.cum ſi. ſecundum ea que ibi no.⁊ C.quorum ap.non recip.l.ante ſententie tempus.econtrario petijt tanquam ius:tamen ſi alias, vt arbitrator,vel alio modo cognoſcat. Nam licet ſit iudex, ⁊ cognoſcat, vt arbiter, vel arbitrator, a ſua ſnĩa non appellatur. Quod manifeſte probo ſic. Certũ eſt quod ipſe dẽ cauſa poteſt cognoſcere.vt iudex ordinarius inter ſupra dictos, et tunc appellatur a ſententia ſua,alioquin cognoſcit non vt inter ſubditos,ſed ex prorogatione iuriſdictionis,et eſt hic ſpeciale in ipſo contra regulam generalem poſitam in dicta l.⁊ in maioribus. ⁊ in l.⁊ in multis.⁊ ff.de appellatio.l.j.⁊ quaſi per totum,vt appellari non poſſit ſicut nec a prefecto pretorio. Quãdoque cognoſcit vt arbiter

biter inter non ſubditos,⁊ ſic non vt iudex ⁊ tunc iure commu-
ni a ſententia poteſt appellari cum alias ipſe ſit preſens, et ſic
iudex ordinarius,vt hic habetur,⁊ de epiſcop.audien l.ſi qui ex
conſenſu.⁊ quod ibi not.in j.gl.coniuncta l.j.de arbitr.⁊ l.⁊ q̄r.de
iuriſdi.omnium iudi.⁊ de epiſco.audi.auth. ſi quis litigantium.
Alioquin cognoſcit tanquam arbitrator,⁊ bonus vir, vel p̄ a-
micabilem cōuentionem de cauſa,de qua poſſet vt iudex cogno-
ſcere,vt in authen.vt diffe.iud.§.ſi vero.⁊ l ſ₃ ⁊ ſi ſeruum.de ar-
bitr.⁊ tunc cum hoc ſit tranſactio quedam potius quam ſentē-
tia,non naſcitur actio in factum, que naſcitur ex ſententia, ⁊ ſic
per cōſequens non poteſt appellari,vt patet in l.j.C.de arbitr.
⁊ quod ibi not.quia cum ex ſententia naſcitur actio in factum d.
l.actor.iſta nō eſt ſententia , vt ſupra probaui.⁊ patet ex eo quia
tranſactio ⁊ ſententia ſunt ſpecies oppoſite,quarum neutra eſt
altera:vt patet in l.nam poſtea.de iureiur.⁊ l.ſecunda. C.com-
muni diuidundo.coniuncto tit.de re iudic.⁊ de tranſactio. Cum
ergo non naſcatur actio , per conſequens appellari non poteſt,
licet quādoque petatur reductio ad arbitrium boni viri,vt pro-
xime dixi quando nec reſpectu tranſactionis naſcitur actio.l.cū
mota.C.de tranſact.Colligitur ergo ex prefata theorica , quod
quandoque iudex cognoſcit vt iudex,⁊ ab eius ſententia appel-
latur:quandoque vt bonus vir , tunc enim nec iudicialiter co-
gnoſcit nec ſecundum formam nec ordinem iudiciorum, cum ſit
tranſactio potius non actio iudicis,⁊ non appellatur:vt dixi,ſ₃
petitur reductio quando arbitrium fuit iniquum ex magna ⁊ e-
uidenti iniquitate:vt patet ff.pro ſocio.l.ſocietatem.in fin. cum
ſimilibus.cum ipſum arbitramentum vim tranſactionis teneat
(vt ſupra ſatis eſt dictum.)a quo appellari non poteſt, vt eſt
ſupra probatum in ſuperioribus rationibus.Nam contra arbi-
trium compromiſſarium inducitur doli exceptio,ſi agatur ad pe-
2 nam,quia non pareatur ſententie,non tamen appellatur.† licet
ſit quedā ſpecies appellādi:vt ff.de arbit.l.non diſtinguemus.
§.cum quidam.ad finem.quod expone id eſt,habet ſimilitudinē
cum appellatione,⁊ tamen eſt alia ſpecies : vt ff. de re iudic.l.
ſecunda.⁊ dicto §.cum quidam.proxime allegato.Et ideo di-
citur quedam ſpecies appellationis:quia ſicut per appellatio-
nem ſit retractatio ſententie,ſic per exceptionem doli.⁊ alia eſt
que opponitur ſi agitur ad penam ex ſtipulatione,quia non pa-
retur ſententie late ſordibus vel euidenti gratia. ⁊ hec non eſt
appellatio:vt dixi,quia a ſententia arbitri non appellatur:vt C.
de arbitr.l.j.Nec obſtat quod dicitur quod hoc ⁊ ſuperiori caſu
a ſententia lata ſuper oppoſitione exceptionis poteſt appella-
ri,cum naſcatur actio,argumen.l.⁊ in maioribus.cum ſimilibus.
ſupra allegat.nam erubeſcimus ſine lege loqui.vt in authentic.
de tri.⁊ ſemiſ. §.conſideremus. Sed dato, quod ita eſſet, dico
quod illa exceptio opponitur contra actionem ex ſtipulatu ad
penam,non contra ſententiam arbitri,de qua nunquam fuit co-
ram arbitro tractatum,vnde hic iudex ſuper pene petitione co-
gnoſcit,vt iudex non vt arbiter. Sicut enim contrahentes vo-
luerunt coram iudice peti penam poſſe ſi ſententie arbitri non
parebitur ſine cauſa vel non poſſe,ſi cum cauſa, vt patet C. de
arbitr.l.arbitrorum.⁊ ff.de arbitr. l. ita demum. coniuncto dicto
§.cum quidam.ibidem cum apud iudicem pena petebatur , ⁊c.
In queſtione autem noſtra non ſic voluerunt partes, imo ſem-
per ſi arbitrio boni viri commiſerunt:⁊ in hac reductione refor-
matio agitur de eodem,de quo coram arbitro actum fuit. Unde
cum videamus finem , quod de in bonum arbitratorem ſe com-
mittendo agere voluerunt,vt patet,non debet reduci in hac re-
formatione de iuris apicibus diſputando in cauſa appellabili,
argument.l.ſi fideiuſſor.§.quidam.ff.mandati.vt patet ex coniū-
ctione leg.de verborum obligatio.l.in ſeruum.§.ſi quis. cum ſi-
3 milibus.† Item arbitria ad inſtar iudiciorum ſunt redacta : vt
ff de arbitr.l.j. arbitramentum vero ad inſtar tranſactionis eſt
redactum.Unde ſi ſuper eo quod ex arbitrio naſcitur appelle-
tur,⁊ non ſuper eo quod ex arbitratu non eſt mirum,vt ſupra ple
ne dixi.Preterea in integrum reſtitutio petitur,cum quis ſui fa-
cilitate vel dolo aduerſarij ſe leſum dicit , ⁊ ſic fauore etatis ap-
pellatio non perſonam iudicis principaliter reſpicit iniquā ſen-
tentiam ferentem,vt patet ff.de minor. l. prefectus.⁊ l. preſes.
Non obſtat ſi dicatur quod a ſententia lata ſuper reſtitutione
appellatur:vt C.ſi ſepi.in integr.reſtitu.pe. fu.l. j. que reſtitutio
poteſt peti contra tranſactionem,C.ſi aduer.tranſactio.l j. ⁊ ſe-
cunda. Sicut ergo a ſententia ſuper reſtitutione ⁊ tranſactione
poteſt appellari , ſic ſuper reductione,que petitur , ſic ⁊ ad im-
pediendum arbitramentum:quod tranſactio appellatur:quia in
cauſa reſtitutionis iudex aditur,⁊ cognoſcit cauſa cognita: vt p₃
in l.in cauſe.§.cauſa cognita.ff.de minor.⁊ in dicta.l.j. C. ſi ſepi.
in integ reſtitu.peti.fuerit. In queſtione autem noſtra non vt
iudex ſed vt bonus vir cognouit:vt ſupra plene dixi in hoc, q̄n
iudicis officio petitur reſtitutio:quando vero iure actionis dic:

vt ff.de in integ.reſtitutio.l.ij.⁊ de dolo.⁊ quod metus cau. per
4 totum.† Supplicatio tantum fit etiam his a quibus non poteſt
appellari propter iudicis ſeu magiſtratus authoritatem ſic nec
a ſententia lata ſuper ſupplicatione:vt patet C.de preci.Impe.
offe.l.ſi quis.⁊ authent.que ſupplicatio.ibi poſita,⁊ ff. de offic.
prefe.preto.l j.⁊ ibi not.C.de offic.prefe.preto.l.vnica.eſt ⁊ reſti-
tutio iudicis. Sed quia hoc potius ad impediendum fiendum,
quam quod iam factum eſt,tendit,⁊ de hoc habetur C.de iudi.
l.apertiſſimi.Poſſet addi etiam nullitas, quod non proſequar:
vt C.quando prouo.non eſt neceſ.l.j.⁊ C.ſi a non compe. iudic.p
totum.Unde cum prefate ſpecies non ſunt ſimiles. ſed diuerſe
nature,nec eiſdem iuris regulis conſiſtunt , patet quod de vna
ad aliam non eſt bona argumentatio,⁊c.vt ſupra dixi. Nunc o-
portet particulariter reſpondere ad primum : quando dicit pro-
hibitorium edictum.de appellatione dico quod verum eſt regu-
lariter : ſed in queſtione noſtra ſic eſt,vt patet ſupra in rationi-
bus pro hac parte factis. patet igitur , quod non ſequitur con-
cluſio argumenti.Non obſtat ſecunda ratio cum dicitur illud eſt
ius ſingulare quo a ſententijs quorūdam iudicum non licet ap-
pellare:quod conceditur ſupra in quibuſdam iudicijs,quia dico
quod in hoc iudicio eſt prohibitum , vt ſupra dixi. Non obſtat
tertia ratio cum dicitur,certum eſt quod appellatio eſt iuris re-
medium,ſed dixi quod hoc cōtingit,vt ſit litium finis,tum pro-
pter voluntatem partium,que voluerunt recedere a cognitione
iudicis tū quia hec ſententia non eſt proprie iudicis.vnde hoc
remedium non videtur hic locum habere iure prohibito ratio-
nibus predictis,⁊ alijs,vt ſupra.probaui.Non obſtat cū dicitur,
quoties aliqua participant in ratione,⁊c.conceditur dico quod
aliter remedium vnū,⁊ aliter aliud. vt ſupra dixi proxime. Non
obſtat cum dicitur,certum eſt,quod arbitramentū,⁊c. conceda-
tur,quia dico quod illud eſt verum, vt iudice cognoſcente, alias
ſecus,vt ſupra dixi.Non obſtat quod dixi,ꝙ actus inductus ad
vnum finem ⁊c.q̄r dico quod ibi preterquam cognitum fuit a iu-
dice hic.Non obſtat quod dicitur,certum eſſe quod hec appella
tio ⁊c.quia dico , vt ſupra dixi,quod vt iudex ſemper cognouit,
ideo hanc rationem ⁊ precedentem induco pro me ſic:q̄r cum il-
lud ſit ſingulare in hoc caſu,⁊ precedenti actu, actus precedens
non impedit appellari a ſententia ſequenti:ergo in contrarium
eſt ius commune.nam appellatio precedens facit a ſequenti ap
pellari non poſſe,vt l.ius ſingulare.cum ſi. Non obſtat cum di-
citur,quod ſi dicatur,actus concedatur ſed hic dico,non:q̄r lex,
vt viro bono commiſit,vt dicta l. ſocietatem. in fin. cum ſimilib.
Non obſtat d. l. ⁊ in maioribus.q̄r illud verum cum iudicialiter
cognoſcitur:hic autem non,⁊c.Non obſtat d.l.ex conſenſu.q̄r gl.
generaliter intelligit. vt ibi p₃ per precedentem rationem pro-
ximam.in ſi.Non obſtat gl.ij.q.v.c.iudicibus.q̄r illud dictū Gra-
tiani eſt falſum:vt ibi no.gl.nec ſecunda pars illius gl.obſtat:vt
dixi in proximis reſponſionibus.Bart.a Saxoferrato.

QVÆSTIO XX.

1 Conceſſa ad tempus,ad tempus prohibita intelligantur.
2 Uſufructuario moriente ante fructuū perceptionem nihil per-
cipit heres.

a QUidam conduxit [a] in menſe Auguſti vt
Septēbris quandā petiā terre aratorie ad laborā-
dū,⁊ fructus percipiendū pro ſe pro certa penſione
vſq₃ ad calendas Martij ſecundi anni proxime ſequentis, poſ-
ſeſſionem ſeminauit in principio cōductionis in mēſe Septem-
bris vel Octobris, ⁊ recolligit bladū tempore meſſiū: poſtea e-
rauit,⁊ ſeminauit alio menſe Septembris vel Octobris,⁊ factis
ſeminationibus venit poſtea tempus finite locationis ſeu con-
ductionis calendis Martij. Modo queritur,nunquid tempore
meſſium poterit recolligere fructus,videlicet bladum vel quan-
1 tum . cum lapſum ſit tempus , ſiue terminus ? Primo videtur
quod non poſſit recolligere pluribus rationibus, ⁊ argumētis.
Primo,quia ea que ad tempus conceduntur,ad tempus prohi-
bita intelliguntur ſeu eſſe videntur.ff.de iudi.l.ij.§. ſed ſi iudex.
C.quando prouo.non eſt neceſ l.cum non ex eo die.ff.de re iud.
l.cum pretor.⁊ extra de offic.deleg.c.in cauſis. Secūdo propter
tacitū pactū quod videtur ineſſe poſt tēpus:vt ff.de ſer. expor.
l.ſeruus ea lege.Inſtitut.de verborum obli.§.at ſi ita.ff. de ver-
borum oblig.l.eum qui ita.Tertio propter liberam poteſtatem,
quam lex concedit locatori poſt tempora conductionis finita.⁊
verbū,reſtituere, plenam habet reſtitutionē ⁊ ſignificationem,
vt omnes fructus ex ea contineantur:vt ff.de vſur.l. videamus.
§.item Fauiana.⁊ de verborum ſigni l.plus eſt reſtituere.⁊ l.re-
ſtituere. Quarto propter annullationem contractus ſeu inſtru-
menti , que annullatio cōtigerit propter fidē locatori preſtitam
vſque ad tempus locationis.C.loca.l.inuitos.niſi in caſu vt no.
eodem tit.l.ſi cum Hermes.ita econtra,inuitus locator retineri

non poteſt. quod fieret, ſi conductor intra tempora conductionis remaneret, ⁊ ſic contrariũ, ⁊c. vt ff. de regu. iur. l. ſecundum naturam. ⁊ de cad. tol. l. vnica. § pro ſecundo. Inſtitut. de leg. pat. poteſt. §. ſi. quod dic vt not. de reg. iur. ca. qui ſentit. vbi per Dy. Quinto propter interpretationem contra conductorem, ⁊ etiam contra emptorem fundi vbi pactio eſt obſcura. l. emptorẽ. C. locati. l. ea lege. in prin. ff. eod.
2 † Sexto, a ſimili eius quod dicitur de fructuario quia ſeo moriente vel finito vſufructu ante fructuũ perceptionem nunquam percipit aliquid: vt ff. de vſufr. l. defuncta. de annu. leg. l. in ſingulos. in fi. ff. qbus modis vſuſfr. amit. l. vſuſfructus. ⁊ ff. de vſufr. l. quod ſi. §. preterea. Ita dicendum eſt in conductore, qui minus ius habet in fructibus, ff. loca. l. ſed addes. §. qui meſſem. Septimo, conductor potuit hoc perſpicere euenire poſſe, ſcilicet locatione finita: ⁊ ideo aliquos ſumpt⁹ in ſeminando, durante adhuc locatione, facere non debuit: ergo ſi fecit, ſibi imputet, vt no. ff. loc. l. ſi quis domum. §. ⁊ hic ſubiũgi poteſt. ibi, quid ergo, ⁊c. cum concord. ibi alleg. Ad idem facit ff. de iuriſdi. omnium iud. l. ſi idem. maxime quia ſcienter in alienam rem impendiſſe videtur, ⁊ ſic ſolo cedit. C. de rei vend. l. mater. ff. de acqui. rerum do. l. adeo. §. cum quis. Octauo q: ſicut ratihabitio, que regulariter ſolet trahi retro, nihil valet, nec aliquid operatur, nec prodeſt habenti ratum poſt tempora petẽde bonorum poſſeſſionis: vt ff. rem ratam hab. l. pen. ſic ⁊ perceptio fructuum que fuit poſt terminum conductionis finito nil proſit colono, que trahitur retro ad tempus ſeminis, quo petere poterat bonorum poſſeſſionem.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Quidam conduxit. Iſtam diſputationem inueni in ij. lib. conſi. diuerſo. doct. ⁊ de materia vide do. Ange. de Periglis de Peru. in ſuo tractatu de palea, ⁊ oliuis, per totũ. ⁊ do. Petr. de Vbald. moder. ⁊ do. meum de Peruſio in iure canonico in ſuo tractatu de duo. fratrib. in xj. parte principali. in ix. q.

1 ☞ Perfectio conſideratur ſecundum tempus initij quãdo vno tempore eſt initiatum, ⁊ alio tempore eſt perfectum.

**Et contra,** quod poſſit recolligere pluribus argumẽtis, ⁊ rationibus. Primo, quia inſpecto initio idem ius cenſetur, ſeu videtur cenſendum etiam tempore meſſium, non obſtante aliqua mutatione ſtatuti, vel temporis quod cenſeri poterat tempore ſeminis, ſicut dicimus in negotijs alicuius geſtis, ſi tempore meſſium ⁊c. ff. de neg. ge. l. ſidẽ
